Compte rendu des séances des États du Brabant

de 1648 à 1682

par Libert de Pape, abbé du Parc, membre des Etats

(*Suite* *)

---

f° 45. — A° 1656. — non obstante quod in vulgo sepius susurratum esset, Status Brabantiae esse cassatos, et a longo tempore per Cancellarium conscripti aut convocati non fuissent, tamen pro 20 Januarii, nomine Regis convocati sunt, et Cancellarius scripto exhibuit quod Serenissimus Archidux pridem ab aliquot diebus deputatis nostris dixerat, scilicet, quod cum licentae impositae essent causa omnis offensionis et irregulamentorum hactenus factorum, et Status persisterent in suis resolutionibus contra ministros regios, et hi etiam inflectere se nollent ad Statuum opinionem, quod ipse vellet nomine Regis, inter Status et ministros agere mediatorem, et per provisionem suspenderet solutionem licentarum, donec via juris decisum esset quid Rex in ea parte facere posset vel non posset, et addebat, quidnam Status pro illa provisionali abolitione licentarum ei darent, eo quod deberet habere equivalens et amplius pro oneribus belli etc. supportandis.

Verum in scripto per Cancellarium exhibito nonnulla erant valde offensiva, et quae in plebe, nominatim Antverpiae, ubi res turbatissimae erant, offensionem et forte tumultum pareret ;

Unde resolutum, ut Graffiarius Serenissimum Archiducem accederet, rogaretque utrum intentionis et voluntatis suae esset rem proponere sicut scripta erat.

21 Januarii, retulit Graffiarius quod Serenissimus Archidux res-

*) *An. Praem.* XXIX (1953), 111-128, 251-288.

pondisset dispositionem scripturae et difficultates desuper motas tantum concernere formalitatem, illam Status non attenderent, sed de re ipsa cogitarent et deliberarent. Hoc die diversimode desuper locuti fuerunt, sed nihil resolutum.

f° 45v°. — 22 Januarii, consultatum fuit utrum super dicta petitione Archiducis facienda foret opinio antequam platta patria liberata esset ab hibernalibus militibus quibus gravabatur et scripto ac articulatim demonstrabatur quod reglementum ab aula pro illis evulgatum per mensem importaret ultra 200 millia fllorenorum, et proinde si diutius in platta patria cum tali onere permanerent, impossibile foret illa onera perferre, ac multo magis impossibilitarentur ad aliquid contribuendum. Et resolutum fuit quod opinio facienda esset, sed cum expressa conditione quod platta patria infra certum diem ab hibernalibus liberari deberet.

23 Januarii. Non obstante quod esset dominica, consultatum fuit qua via pecunia inveniri et solvi posset ; et alii suaserunt viam impostarum quod illa augerentur, et nulli ab illis immunes servarentur ; alii suadebant latitudinem terrae, hoc est omnes agros, sylvas, vivaria et certa quota bonnariatim taxanda esse ; porro nihil resolutum fuit.

24 Januarii, consultum fuit ut futurum subsidium inveniretur via consumptionum seu impostarum, et nemo ab eisdem exemptus esset, et insuper super quotisatione caminorum et aratrorum, sed summa quae consentiri posset necdum nominata fuit.

25 Januarii, post varios discursus resolutum fuit ut pro integro anno singulis mensibus darentur 75 millia florenorum, idque ex impostis, de quibus nullus esset immunis, excepta persona Archiducis seu ejus mensa, per menses solverentur 50 millia florenorum, et alia 25 millia per singulos menses solverentur ex uno subsidio super quotisatione duorum florenorum super quemlibet caminum et quodlibet aratrum.

f° 46. — 26 Januarii, dicta opinio redacta fuit in ordinem et diversimode clausulata, post diversas altercationes, quia unus aut alter nobilium pretendebat subsidium inveniri, super quotisationem omnium bonnariorum Brabantiae, tam silvis quam aliis, sub nomine Hemelsche breyde ; post meridiem deliberatum fuit utrum dicta summa 75 millium florenorum adaugeri posset ad magis facilitandam abolitionem licentarum et exonerationem plattae patriae quae aggravabatur hibernalibus militum.

Et propositum fuit utrum non posset poni taxa aliqua super

stipendio famulorum et ancillarum, et plurium opinio tulit quod sic, et ab illorum stipendiis exigeretur decimus nummus.

27 Januarii, resolutio hesterna resumpta et confirmata fuit, et resolutum quod tribus prescriptis viis, scilicet impostarum, caminorum et aratrorum, ac decimi nummi stipendii famulorum ac ancillarum, integro anno per singulos menses solverentur seu darentur Regi 90 millia florenorum, et si tres dictae viae minus proferrent, id quod requireretur suppleretur postmodum via in Statibus adinvenienda, sub conditione quod illa menstruali pecunia solveretur 5000 peditum et 2000 equitum ; quam solutionem ad ratam ordinarii stipendii, computando 8 solutiones in anno, arbitrabantur annue tantum importaturam circiter 820 millia florenorum.

Item conditionatum fuit quod licentae super mercatura impositae abolirentur ipso die datae absolutae actae acceptationis.

Item quod miles, qui in platta patria hibernabat et illam totaliter exhauriebat, inde eriperetur.

Item ne silvae a particularibus commendantiis quotisarentur, et salvae gardiae ab illis datae omnes cassarentur, eo quod sola Archiducis salvegardia sufficere deberet, et plures aliae apponebantur conditiones usque ad tredecim, inter quae nonnullae erant ordinariae.

f° 46v°. — 28 Januarii, dicta opinio coram Cancellario et Civitatibus lecta et aperta fuit.

15 Martii, congregati Status ex convocatione seu conscriptione D. Cancellarii, loco actae acceptationis, quam expectabant, acceperunt bonam reprehensionem, scilicet, quod in ultima opinione a debito ordine deviassent, regem e suis juribus pertrudere et prejudicare vellent, et opprimere ministerium aulae, etc. cunctamque nostram presentationem et conditiones rejicientes, fecit Cancellarius novam instantiam pro obtinendo equivalenti licentarum, interim quo jus Regis disputaretur super potestate imponendi licentas, et ut Status vellent anticipare summam 400 millia florenorum pro facienda necessaria preparatione ad campum, etc.

16 Martii desuper consultatum fuit, — et post meridiem conclusum, quod Status persisterent in opinione sua nuper facta, ac ignorare se in quo deviassent in illa, etc.

17 Martii, coram Cancellario ipsa persistentia lecta et aperta fuit.

Item aliquid actitatum de debitis thesaurarii contractis nomine Statuum.

Eadem die prestitit suum juramentum tanquam Consiliarius D. Proost [97])

19. — iterum actum fuit de debitis nostri thesaurarii, et conclusa una deputatio ad Archiducem et Comitem Fuensaldaña, deputatique sunt Abbas S. Bernardi, Baro de Capelle et Burgimagister Antwerpiensis [98]), ut exponerent onera nimia quibus, ex malo regimine, patria nimis gravaretur, et nisi licentae abolirentur, regimen restitueretur patriae, etc.

25 et 26 Maii, me absente, pro prima vice admissus est ad congregationem Statuum, marchio de Melin [99]), noviter a Rege creatus, qui adhuc totus juvenis erat, et forte tantum 18 vel 19 annorum, filius D. Benavides.

f° 47. — In majo, postquam advenisset Hispania Joannes Austriacus [100]), Status ex parte regis congregati fuere, sed propter pericula viarum non comparui ; in illis principi exposita fuere gravamina patriae, et quia pro subsidio petierat 800 millia florenorum, et simul per menses singulos 50 millia, ei significatum fuit nihil in illis consentiri posse, nisi primae licentae impositae super commercio contra privilegia patriae abolirentur, et ex parte Principis ex postulatione Statuum ordinata fuit una conferentia inter ministros regios et Status.

Quae, 5 Junii, feria 2ª Pentecostis servata fuit ; ex parte aulae deputati erant Marchio Carassena [101]), Comes de Cardenas, D.

[97]) Jean Proost, chevalier, seigneur de Vosselaer et Lichtaert, nommé conseiller en remplacement de de Hovines le 1er novembre 1655; décédé en mars 1680. GAILLARD, o. c., III, p. 360.

[98]) François van den Cruijcen et Jean Snijers étaient bourgmestres d'Anvers. BUTKENS, o. c., II, p. 526.

[99]) Philibert de Soto Major, créé marquis de Melin en 1655. BUTKENS, o. c, II, p. 320.

[100]) Jean d'Autriche nommé gouverneur et capitaine-général en 1656. Le roi Philippe IV voulut faire maison nette à Bruxelles. Le comte de Fuensaldaña fut rappelé. L'archiduc Léopold, malade et dégoûté, reçut l'autorisation de partir pour l'Autriche. Au mois de mai 1656, don Juan, fils naturel du roi, venait le remplacer comme gouverneur et capitaine-général, amenant avec lui, comme auxiliaire, le marquis de Caracena, gouverneur du Milanais. PIRENNE, o. c., V, pp. 11 sq.

[101]) Don Luis de Benavides, Carillo y Toledo, marquis de Fromista et de Caracena. Philippe IV le nomme gouverneur-général des Pays-Bas en novembre 1658; il resta aux affaires jusque 1664; il mourut à Madrid le 6 janvier 1668; il

Praeses secreti Consilii, D. Thesaurarius Finantiarum [102]) Dennetieris et D. Kintscot ; ex parte Statuum deputati erant Abbas Gertrudanus, Comes de Ursel, tres Pensionarii trium civitatum [103]) et Graffiarius.

Licentae abolitae. — 7 Junii, Graffiarius in Statibus, me presente, relationem conferentiae fecit, et quod D. Cardenas dixisset intentionem Regis esse ut patria gubernaretur juxta sua privilegia, et cum Status multa replicassent, D. Praeses insinuabat impositionem licentarum non per ipsum sed per finantias causatam fuisse ; D. Thesaurius dicebat regem in necessitate fuisse aliam viam inveniendi pecunias non habuisse, et cum aliae infractiones privilegiorum allegatae fuissent, nominatim quod miles in platta patria hibernasset, tot exegisset et extorsisset, tot onera ex parte regis extorta fuissent, respondebant, ex urgente necessitate illa facta fuisse, et quod si Status in eorum loco fuissent, similiter se opposuissent, et spem dabant, quod si Status opiniones facerent et conditiones apponerent, quas necessarias iudicarent, illas illis concederent, etc.

f° 47v°. — Eodem die consultatum fuit super petitis impostis et subsidio 800 millium florenorum, sed nihil resolutum.

8 Junii, resolutum fuit ut impostae in posterum pro medio anno, consueto more, solverentur, sub conditionibus solitis, et quod licentae abolirentur, etc.

Item resolutum fuit quod totum subsidium 800 millia florenorum concederetur.

Item deliberatum fuit qua via modo aut pede solveretur.

était considéré comme le meilleur général de ces pays. NAMÈCHE, *Histoire Nationale*, 5e partie, XXIII, 86 sq.

Le gouverneur-général était investi d'une délégation absolue de l'autorité souveraine; il devait consulter les conseils collatéraux d'Etat, Privé et des Finances, et faire passer les affaires par leur canal sans devoir suivre leur avis. POULLET, o. c., p. 317.

[102]) Dennetières, baron de la Berlière, trésorier général des finances et domaines; il mourut le 9 octobre 1677. *Théâtre de la Noblesse du Brabant*, p. 212.

[103]) Les pensionnaires des trois villes, Louvain, Bruxelles et Anvers; Bois-le-Duc, quatrième ville du Brabant, ne nous appartenait plus.

Le rôle des pensionnaires était de servir de conseil judiciaire et d'organe aux magistratures locales, que souvent ils dirigeaient. Placés à côté d'un magistrat de mutation annuelle, les pensionnaires représentaient la perpétuité, la tradition, la connaissance des affaires locales.

Quand la connaissance du droit se répandit dans le pays, les pensionnaires furent tous jurisconsultes. POULLET, o. c., II, p. 92.

Item, omnes abbates, me suasore, resolverant ut 400 millia solverentur per impositionem super caminos, et reliqua 400 millia partim via precariae ordinariae, et partim via consumptionum.

Prelatos major pars nobilium subsecuta fuit ; sed quia deputatis illorum, scilicet Comiti de Ursel et baroni de Wemmel nec Graffiario arridebat, qui previe cum civitatum deputatis egerant, alios nubiles aggressi, tantum effecerunt ut alios nobiles in suam opinionem traxerint, ut nimirum una medietas solveretur via ordinariae precariae, et altera medietas via consumptionum.

Et primo Statu in hanc opinionem traducto, iterato Abbates aggressi sunt, et omnes, me solo excepto, ad opinionem nobilium ceciderunt, dolente me, quod abbatum uterque deputatus unus ob podagram, alter ob gravellam abesset.

9 Junii, dicta resolutio seu consensus utriusque Status limatus, et coram Cancellario apertus et lectus fuit.

Post hunc consensum, cum Consilium Status et Finantiarum viderent majores civitates ad eumdem consensum non inclinandos antequam eorum opinio prodiretur, licentae propter quas tam diu

f° 48. — altercatum fuerat, et patria tot oppressiones et infractiones privilegiorum elapso anno et hieme sustinuerat, tandem iterum terra et aqua depositae seu abolitae fuerunt.

4 Julii, convocati fuerunt Status ad audiendas opiniones Civitatum super dicto subsidio, quae in summam convenerunt, sed pedem seu viam mutaverunt, et totum subsidium levari voluerunt via precariarum.

Duo primi Status, quia obsidio Valencenae urbis vigebat, et tempus non esset diu altercandi cum civitatibus quae non credebantur posse induci ad immutandum suam opinionem, vel saltem non tam cito fieri posse cernebatur, ad evitandum majus malum, condescenderunt ut subsidium via precariarum levaretur.

5 Julii, super nonnullis difficultatibus dicti subsidii consultatum fuit, et 6 Julii, lectae sunt opiniones Civitatum in declaratione duorum primorum Statuum coram Cancellario.

16 Julii, Valencenae ab obsidione fuerunt liberatae. Sit Deo laus.

25 Julii, Princeps petiit a Statibus ut super subsidio accordato, vellent anticipare summam 200 millia florenorum, quem promiserant solvere post mensem Augustum ; et desuper valde actum fuit in Statibus propter novas infractiones privilegiorum, ut quod sine consensu Statuum curassent levari aliquot centena fortientium seu pion-

niers, item aliquot currus, et princeps Barbanson [104]) arrestasset aliquos capitaneos ceurlingorum.

Et desuper fecerunt unam deputationem ad D. legatum Cardenas, et tandem 26 Julii, consenserunt in dicta anticipatione sub conditione quod dictae infractiones corrigerentur antequam pecunia solveretur.

f° 48v°. — 22 Septembris, interfui congregationi Statuum, et referebatur quod deputati Statuum fuissent Antwerpiae ad inducenda postrema membra Magistratus ut consentirent subsidio 400 millium florenorum inveniendum per 24 stuferos super ama vini ; et quod adequatam fuissent passi repulsam, et cum Thesaurarius noster illo aere gravatus esset, petebatur quid ulterius in hac causa agendum, etc.

26 Septembris, resolutum fuit animos illorum Antwerpiensium adhuc semel tentandos, et novam apud illos faciendam instantiam, et deputati sunt iidem qui ante adhuc fuerant, scilicet : R. Tongerloensis et Baro de Wemmel.

20 Octobris, Princeps per Cancellarium petiit ut residuum subsidii 300 millium florenorum, super quo Status iam in claris nummis solverant ultra 500 millia, vellent etiam exsolvere, et deserere conditiones subsidio appositas de defalcandis ceurelingis, pionnariis, curribus etc.

21 Octobris, responsum fuit hoc esse impossibile, et 300 millia quae DD. de finantia forte videbantur restare solvendum, nullatenus restare, sed de facto a platta patria exsoluta fuisse in stipendium carelingorum, pionariorum etc. et quod si computus iniretur, adhuc plus solutum fuisse.

6, 7 et 8 Novembris, facta per Cancellarium petitione impostarum etc., illam Status consenserunt, et quia totus exercitus jacebat in Brabantia Walonica, deputarunt Abbatem S. Gertrudis, Comitem de Erps et burgimagistrum Lovaniensem [105]), ut desuper convenirent Joannem Austriacum qui agebat Nivellis.

15 Novembris, per Cancellarium fuit petitum novum subsidium pro hibernalibus et intertinendo milite, et multis speciosis promissis de reformanda militia, tenendo bono ordine, et solum solvendo militibus actu militantibus, et Status per illos quos deputarent toties

[104]) Albert de Ligne, prince de Barbançon. PIRENNE, o. c., IV, pp. 253, 262, 265.
[105]) François de S. Victor. DIVAEUS, o. c., p. 102.

quoties vellent, abusus, si qui invenirentur, examinarent et corrigendos referrent etc. et super assignatione, ipsi Status

f° 49. — militibus solverent, in hunc finem petebatur subsidium 16 centum millium florenorum, ad cujus summae nominationem Status obstupuerunt.

16 et 17. — Desuper deliberarunt, et deputarunt ad principem, qui 15 Novembris Bruxellam redierat, Abbatem S. Bernardi, baronem Capelle et burgimagistrum Bruxellensem [106]), ut Statibus tradi mandaret acta et conditiones initas, et ut ferebatur conclusas cum Flandris, quatenus eis visis, magis posset facilitari consensus Statuum Brabantiae. Deinde ut rogarent liberationem Brabantiae Walonicae ab hospitatione militum, eo quod totus exercitus, jam fere integro mense ex Hannonia descendens, illam partem Brabantiae devorasset, et inquilini illius redderentur impotentis ad contribuendum in subsidio quod petebatur.

18 Novembris, retulerunt se cum principe verba habuisse, sed nihil amplius.

20 Novembris, quatenus citius Brabantia liberari posset ab hospitatione militum qui fere mediam Brabantiam devorabant, duo primi Status consenserunt per mensem 80 millia florenorum pro integro anno sumendum super impostas a quibus nemo esset exemptus, et super caminos et aratra, et residuum super precarias ordinarias, et deputarunt Abbatem Vlidderbacensem et Marchionem Deijnse [107]) cum burgimagistro Lovaniensi ad marchionem de Caracena, quatenus miles educeretur a platta patria Brabantiae.

23 Novembris, dicta resolutio post multas altercationes eorum Cancellario lecta et aperta fuit.

Interim miles qui devoraverat Brabantiam Walonicam usque Thenas et Lovanium penetravit et cunctas villas fere expilavit.

f° 49vo. — 12 Decembris, milite adhuc existenti in quarterio Thenensi, et cuncta expilante, iterum facta conjugatione Statuum, Cancellarius fecit novam instantiam pro subsidio decies sexties centenorum millium florenorum et ex parte principis simul exhibuit copiam concordiae factae cum Flandris, quae et lectae sunt.

[106]) Jacques de Dongelberg. BUTKENS, o. c., II, p. 464.

[107]) Ferdinand, comte de Merode, de Montfort et du P. Empin, marquis de Deynze, baron de Duffel, etc., épousa le 25 septembre 1661 Marie-Célestine de Longueval, fille de Charles-Albert, comte de Busquoy, chevalier de la Toison d'or et Guillemette de Croy. Ferdinand mourut en 1680, son épouse en 1681. BUTKENS, o. c., suppl. II, p. 16.

13 Decembris, desuper consultatum fuit, et plerumque nobiles desiderabant ut nostrum consensum nuper factum augmentaremus, et per singulos menses, pro uno anno, solveremus tantum centum millia florenorum.

14 Decembris, primus Status prelatorum, quorum 6 tantum erant presentes, persistit in quondam capta resolutione, duo tamen eorum volebant 100 millia dari per menses singulos, sicut et omnes qui aderant tantum dari volebant, sicque duo primi Status fuerunt discordes, et ob quaedam verba et altercata inter ducem Arscotanum et baronem de Wemmel ulterius nihil ista vice actum ; — diebus sequentibus, primus Status consensit cum secundo ut darentur 100 millia per mensem, idque pro uno integro anno, sicque darentur duodecies centum millia ; tandem altercatum fuit diu ubinam illi nummi reperiri possent, et qua via et pede levarentur, conclusum fuit ut levarentur per impositionem vigesimi nummi super reditibus et emolumentis annuis omnium immobilium, sive quisque daret ex 100 quinque, et super impostis sine ulla personarum exceptione, super quibus omnibus et diversis incidentiis non tam consultatum quam altercatum fuit usque ad

21 Decembris inclusive, et 22 — coram Cancellario opinio duorum primorum Statuum lecta et aperta fuit.

f° 51. — Anno 1657.

2 Januarii, per graffiarium convocati et congregati Status, ex eo quod acta acceptationis ex parte principis, 30 Decembris elapsa Statibus exhibitam, plane difformis esset ab opinione duorum primorum Statuum, deliberarunt quid super ista acta acceptationis agendum foret, an acceptandum, an non, presertim cum in litteris Cancellarii prefigebatur Statibus terminus trium dierum resolvendi, etc. Acta autem acceptationis continebat quod in impostis solum contribuerent qui erant consueti, item quod duo primi Status infra 6 dies anticiparent 300 millia florenorum, item infra 4 menses sequentes solverentur 600 millia, ad ratam 150 millia per mensem, et reliquam infra sex alios menses sequentes.

Et si quid bona ex subsidio resultant, illud principi sine ulla restrictione solveretur, applicandum ubi necessitas militiae vel Status postularet.

Item quod kuerelingi in eventu necessitatis levandi, mediatim tantum ab hoc novo subsidio decurtarentur, non autem pionnarii, quos patria ultra dictum subsidium concedere deberet in eventum quod aliquis locus in vicinia Brabantiae obsidendus vel muniendus

esset — ad quam actam omnes obstupuerunt, nihil tamen adhuc resolverunt, quia in primo Statu solus Abbas S. Gertrudis mecum aderat.

3 Januarii, Prelatis, competenti numero existentibus, resolutum fuit declarationem faciendam esse super dicta acceptatione, et declararunt duo primi Status se illi acquiescere non posse:

1° quia implicite omnes conditiones nostri quondam consensus rejiceret,

2° quia volebat per duos primos Status infra 6 dies anticipare f° 51v°. — 300 millia florenorum, quod ipsis ultra impossibilitatem non licebat sine consensu tertii Status, presertim quia in propositione nulla mentio facta fuerat anticipationis ;

3° quia et ruinae medietatis Brabantiae impossibile esset infra 4 menses sequentes solvere 600 millia ultra predicta 300 millia propter oppignorationem thesaurarii, etc. ;

4° quia nulla fiebat mentio quidnam militibus dietim daretur, et hinc apparentes inconvenientiae non tollerentur ratione cujus tamen tam altum subsidium fuerat consensum ;

5° quia solutio antiquorum presidiorum et redituum non posset differri ad ultimam solutionem dictae summae sine rumptione fidei Statuum et summa deordinatione antiquorum presidiariorum ;

6° quia nolebat... in impartis simul contribuere affrancisis.

Hinc supplicarunt et concluserunt aliam actam debere dari magis conformem consensui duorum primorum Statuum.

Deinde sepius congregati fuere Status, sed non interfui, et a Principe alia acta acceptationis data fuit, sed non multum difformis a priori, et licet duo primi Status non habuerint satisfactionem, permiserunt tamen eorum opiniones et petitionem subsidii proponi tertio Statui.

[*En marge*: hoc hactenus numquam practicatum fuerat et a multis postea improbatum fuit].

Denique consenserunt super subsidio ita undique claudicante anticipationem 400 millium florenorum, anticipandam per aliquos mercatores, qui illis infra trimestre refunderentur a Statibus; in hunc finem duo Receptores Statuum quarteriorum Bruxellae et Antwerpiae se obligaverunt, et Status emiserunt in dictis quarteriis taxas pagorum ad 9 medias precarias ordinarias sive 4 integras cum media unius anni.

6 et 7 Februarii, per Status fuit data assecuratio dictis duobus Receptoribus, et tunc ego interfui.

f° 52. — Et miles hucusque heserat in patria rurali ad onus rusticorum, et totum tractum Walonicae Brabantiae, Thenensem et Hagelandiae usque ad Demeram et Lovanium depravit et miles exhausit, damno rusticorum inestimabili, et prius,

8 et 9 Februarii, per civitates distributi sunt in presidiis hybernalibus.

7 Februarii, deputati plebeorum civitatis Antwerpiensis, 5 numero, in congregatione Statuum petierunt, num duae commissiones a Principe emanatae in ordine ad componendas difficultates quae inter ipsos et Magistratum et affrancisios erant, datur commissariis delegatis extra Consilium Brabantiae repugnarent privilegiis patriae, necne ?

Desuper usque ad 10 Februarii inclusive disputatum fuit, eo quod ultima commissio, interpretans primam valde esset amphilogica, et implexa, verebantur Status dicere illas non repugnare privilegiis, ne sibi prejudicarent, et verebantur dicere quod repugnarent, ne plebem Antwerpiensem, quae valde irritata erat et ad seditionem prona, occasionem tumultuandi darent, et nomine Statuum factiones suas palliarent.

Desuper occulte per graffiarium Statuum princeps consultus fuit, qui respondit ipsis : Plebeis antwerpiensibus dandam satisfactionem, dummodo prius peterent abolitionem facti sui, quod contra voluntatem magistratus ejecissent veteres Collectores accisiarum, et posuissent alios cum mandatis, ut nullos a solutione eximerent, preterquam a se specificatos, et voluit ut graffiarius hoc quasi ex se ipsis insinuaret, et peterent num haberent procurationem hoc faciendi.

f° 52vo. — Quod postquam graffiarius ipsis insinuasset, cum stomacho responderunt se numquam illius facti veniam petituros, et potius extrema se expectaturos et passuros, se et filios et uxores trucidare et omnes lapides civitatis Antwerpiensis a se mutuo divelli.

Quod responsum cum iterum per graffiarium principi delatum esset, nihil ipse respondit, sed cogitabandus graffiarium dimisit, et nobis, 9 Februarii, vesperi actam hujus diei retulit.

10 Februarii, retulit graffiarius quod marchio de Caracenna Statibus consuluisset ut illos deputatos plebis antwerpiensis remitterent ad principem, et diversi diversimode opinantes ex pluralitate votorum eis per graffiarium nomine Statuum responsum est, ut in omni humilitate se referrent ad principem et per libellum monstrarent in quo se gravatos putarent, cum firma spe obtinendi quod vellent, et

quod Status bonam manum adhibituri essent, ne privilegia laederentur.

Postmodum ad requestam Statuum interpellantium principem, quatenus eos ad suum ordinarium judicem remitteret, cum in eo nihil preter rationem pretenderent, ad Consilium Brabantiae remissi sunt, et revocati sunt illi, qui ab aulu ut particularis commissarii fuerant destinati.

Deinde in Martio, cum Receptores amplius non sufficerent pro danda assecuratione mercatoribus deliberaturis foenum et avenam, aliquot Abbates et nobiles, exemplo hactenus non viso, spoponderunt et chartam obligatoriam signarunt.

11 Aprilis, coram Cancellario lectae sunt opiniones Civitatum in predicto subsidio 12 centum millium florenorum et impostis.

f° 53. — In impostis tantum consenserunt Bruxellenses pro semestri, Lovaniense tantum pro trimestri, Antwerpiensium aliqua membra non consenserunt, et aliquid tantum consensit ut collectio impostarum duraret donec et usque in subsidio omnes tres civitates consenserunt, sed detrahi voluerunt a summa taxas illorum qui per milites devastati fuerant, et pedem a duobus primis Statibus decretum rejecerunt, et voluerunt ut levaretur via ordinaria precariarum Antwerpiensium et insuper addebant ut omnia bona tam Abbatum quam nobilium, quae hinc inde in pagis libera manserant ab impositionibus, etiam taxarentur ad ratam quo alia bona in iisdem locis taxarentur et summa inde exsurgens, ut Bruxellenses volebant, cederet in alleviamen totius communitatis trium statuum, ut vero Antwerpienses volebant, cederet in supplementum pagorum a militibus in hieme vastatorum.

Antwerpienses autem rationes addebant, quare non possent acceptare media a duobus primis Statibus suggesta, scilicet:

1° quia lege cautum erat tempore Caroli 5, quod nummus 10 aut 20 mus numquam in portorum consentiretur aut exigeretur ;

2° quod illa media essent nimis onerosa pro 2do et tertio Statu, et nimis favorabilia pro primo Statu ;

3° quia nimis magna foret molestia, et nimis sumptuosa pro favenda illa collectatione. Desuper declaraverunt duo primi Status non esse legitimum consensum, tum quia aliquot membra civitatum Antwerpiensis et Lovaniensis non consensissent, tum quia conditiones duorum primorum Statum non essent admissae, etc.

f° 53v°. — 26 Aprilis desuper venit responsio ex parte aulae et principis quod miraretur duos primos Status causare non esse con-

sensum, quia conditiones ipsorum non essent admissae, cum ipsi actam acceptationis super eorum consensu datam, viderentur admisisse, et proinde in articulis ibidem expressis consensisse, et suas conditiones in quantum actae acceptationis contrariebantur deseruisse, eo quod actam acceptationis et suas opiniones tertio Statui communicassent, et rogabat princeps quatenus duo primi Status illam conditionem vellent deserere, in qua limitabant suum consensum, si tertius Status sequatur etc. ; et pro moderandis difficultatibus, offerebat inire conferentiam inter aliquos ex parte sua et ex parte Statuum deputandos et promittebat se omnem velle dare satisfactionem et ordinem inter milites statuere, etc.

Verum quia conditiones duorum primorum Statuum quibus suum consensum limitaverant nullatenus erant adimpletae et tamen in dicta acta acceptationis diceretur quod patria ruralis fuisset servata immunis ab hybernatione militum, cum tamen in eadem ultra tres menses usque ad 7 Februarii hesissent cum toto exercitu, et nunc diversae auxiliares copiae germanicae in diversis pagis hererent, et miles in parvis civitatibus summas petulantias et exactiones exerceret,

27 Aprilis, resolverunt principem de omnibus informandum esse, et accelerandum pro danda satisfactione Statibus et subsidio concludendo, eo quod amplius nihil restaret ad tribuendum militum equis pabulum, et militibus placidias, nisi subsidio concluso, Civitates contribuant, et in hujus defectum milites patriam ruralem devastaturos, et eam impossibilitandam ad amplius aliquid contribuendum, et in hujus finem deputati sunt ad principem D. Abbas Grimbergensis, D. Baro de Goyck [108]) et burgimagister Antwerpiensis una cum graffiario.

f° 54. — 30 Aprilis, habita fuit conferentia inter presidem privati Consilii, D. Kintscot et quibus praeerat D. Legatus Alonso Cardenas [109]) ; et Status scilicet D. Abbatem S. Gertrudis, Baronem de Wemmel, tres Pensionarios et graffiarium.

4 Maii, cum expectaretur favorabilis responsio ab aula, dederunt unam actam acceptationis super impostis pro medio anno, incipiendo a 1ª Decembris.

[108]) Engelbert-François Taye, baron de Goyk. BUTKENS, o. c., suppl. II, p. 44.

[109]) Alonso de Cardenas, ambassadeur d'Espagne aux Pays-Bas; il était chef de la conférence instituée par D. Juan pour trancher les difficultés entre les Conseils de la Couronne. GAILLARD, o. c., I, p. 133.

Item actam acceptationis super subsidio 12 centum millium florenorum, quae loquebatur ad tres Status, et nullam faciebat mentionem de conditionibus quibus consensus erat limitatus, et civitatum membra quae necdum consenserant, quasi captivabat, sicque multipliciter peccabat.

Itaque resolutum fuit hanc actam remittendam esse, et loci illius ab aula mitti debere ad duos primos Status solos actam novae instantiae, quatenus inter se convenire vellent et resilire a nonnullis conditionibus quibus suum consensum limitaverant, quae precipue erant quod conditio immunem servari ab hospitatione militum, qui tamen trimestri in ea resederant, quibus debitae conventus tum novam instantiam faciendam ad deficientia membra civitatum, in hunc finem missus fuit ad principem graffiarius Statuum, qui a principe missus est ad D. Kintschot.

Item lecta fuit epistola ex parte principis, qua petebat 250 currus, qui defalcarentur super dicto subsidio, et quia infra septem dies illos volebat habere Bruxellae, permittebat ut conscriberentur ex pagis Bruxellae vicinioribus ; super qua petitione nihil resolutum fuit, quia non exprimebatur pro quanto tempore illos requireret, etc.

7 Mai, duo primi Status consenserunt 200 currus, quos conduxerunt a quibusdam commissariis 95 florenis singulum currum per mensem, sub conditione ut decurtarentur a subsidio.

5 Maii, graffiarius Statuum una cum D. Kintschot fecit actam novae instantiae et satisfactionis ad duos primos Status

f° 54v°. — et ne aberrarent a mente Statuum, graffiarius minutam Statibus exhibuit, qui eam moderaverunt eo modo uti potuerunt, et inde missa ad principem, qui tunc agebat Antwerpiae, signatam 9 Maii, remisit ad duos Status qui, reexaminata acta, suam declarationem 10 Maii, ipso festo Ascensionis, ediderunt et consenserunt ut tertio Statui exhiberetur.

28 Maii, facta est propositio per Cancellarium pro impostis, et duo primi Status eam accordarunt pro medio anno, sub conditione quod deberet servire ad completionem et dimutionem subsidii 12 centum millium florenorum.

Item, per Cancellarium princeps petiit anticipari 400 millia floren. super currenti subsidio 12 millium flor., sed illius nulla erat apparentia eo quod, detractis oneribus Brabantiae, quae subtrahi debebant, nihil amplius boni restare putaretur : nihil tamen tunc adhuc conclusum.

5 et 6 Junii, plebs Bruxellensis, vulgo die Natie, in domo civica

perstitit contra Magistratum, pro moderatione nimiae exactionis, quam ipsius Receptor, nomine Jaspar Thonis [110]) exercebat super juribus accisiarum et impostarum granorum mixtorum ex tritico et siligine, vulgo labaye,

[*En marge* : tumultus Jaspar Thonis].

Ex qua commotione plebis, sub vesperum pueri et vulgus civitatis moti contra Jasparem Thonis, ejus redulam ab ejus aedibus, conquisierunt et ad forum perduxerunt, et ibidem ante domum civicam combusserunt ; exinde in nocte tumultu crescente, domum Gaspari Thonis expilarunt, 40 vel 50 millia florenorum abstulerunt, cuncta utensilia fregerunt cum vitris fenestris, asseribus, etc.

f° 55. — 7 Junii, tumultus vulgi, quod domum Gaspari Thonis tota die insederat, augmentari cepit, et minabantur, expilare domum burgimagistri Schauenberge [111]), unde non modicus timor in civitate Bruxellensi fuit, et ut tumultus sedaretur, et seditio precaveretur, omnes guldae armatae in forum evocatae, ibidem tota nocte, et in diversis angulis platearum excubiae egerunt, et Ammannus [112]) locum tumultus intrans, et vulgus dissipare aut dispergere volens, 3 aut 4 occisi et totidem laesi fuerunt.

8 Junii, Magistratus edictum publicavit, et in cunctis platearum angulis affixit, quo declaravit Gasparem Thonis excidisse ex sua conductione accisiarum etc., et nomine regio edictum simul affixum fuit quo istae congregationes vulgi etc. prohibebantur.

9 Junii, in Statibus, me presente, altercatum fuit utrum Gaspar Thonis non deberet privari a collectatione impostarum, et resolutum fuit ipsum desuper monendum ut ultro vellet cedere ad sedandum tumultum plebis et cavendum illius furorem quo illi mortem minabantur.

Eodem die post meridiem, Status iterum congregati sunt, et

[110]) Réaction violente du peuple contre ce receveur de la ville. L'époque était trouble ; le nouveau Gouverneur-général, D. Juan, fut malheureux en trois points, la révolution montait et l'ennemi était aux portes. Le receveur Thonis était l'objet de réclamations incessantes, de nombreux procès lui furent intentés, jusqu'à ce que la coupe déborda et la furie populaire ne connut plus de bornes. HENNE et WAUTERS, *Hist. de Bruxelles*, II, pp. 76 sq.

[111]) Jacques-Philippe de Dongelberg, seigneur de Schavenbeye, etc., fut échevin, bourgmestre et surintendant du Rivage de la ville. Créé baron le 3 juillet 1662. THÉÂTRE, o. c., pp. 62, 243.

[112]) L'Amman de Bruxelles était chef-justicier dans la ville et son quartier où il avait droit de haute justice. HENNE et WAUTERS, o. c., p. 500.

graffiarius retulit Gasparem Thonis respondisse se habere in contorio scribam juratum et quod alium ei adjungeret et duabus aut tribus septimanis a contorio se absentaret, quod Statibus placuit.

Dicta 7 Junii, Cancellarius novam instantiam fecit nomine Regis pro habendis anticipative 400 millia florenorum, quae 28 Maii petierat, sed 10 Junii ei responsum ex dicto subsidio 1200 millium florenorum nihil amplius restare, ac ea propter Status non posse solvere quod petebatur.

f° 55v°. — 27 Junii, Cancellarius nomine principis fecit novam instantiam pro habendis si non 400 millibus, saltem 200 millibus super subsidio 12 centum millium florenorum — nihil eo die desuper resolutum.

[*En marge*: fauteuil].

Quidam Nobiles proposuerunt an novus Archiepiscopus in posterum adhuc haberet majorem sedem in congregatione Statuum et desuper multis fuit actitatum ; omnes senserunt, ipsi ex jure eam non competere, sed principi tantum et Cancellario locum principis tenenti, sed quia in possessione defunctus Archiepiscopus fuerat utendi illa sede, an in posterum illa privandus esset, opiniones Prelatorum et Civitatum discordabant inter sese, nobiles omnes etiam cum aliqua cholera sedem illam majorem in absentia Cancellarii amotam volebant, nihil tamen conclusum quia abbates et episcopi absque aliqua injuria non possent privari sua possessione, et die sequenti nihil amplius de eo motum.

28 Junii, dicta nova instantia est declarata impossibilis impletionis eo quod nihil restaret boni ex predicto subsidio, non obstante quod Cancellarius aliquam demonstrationem ex parte finantiarum exhibuisset, qua declarare volebant adhuc multa bona restare, et resolutio Statuum post meridiem Cancellario aperta et prelecta fuit.

30 Julii, prelecta fuit Statibus acta acceptationis principis super subsidio 12 centum millium florenorum, cum ordinatione conveniendi cum Civitatibus super pede seu via levandi dictum subsidium.

31 Julii, duo primi Status cum non viderent apparentiam quod Civitates possent induci ad levandum 5 ex centum ex omnibus reditibus et bonis etc. consenserunt ut juxta pedem a Civitatibus volitum, dictum subsidium levaretur via precariarum ordinariarum, absque eo tamen quod bona, hactenus non gravari solita, gravarentur.

f° 56. — 30 Octobris, Cancellarius nomine principis petiit novum subsidium 800 millium florenorum, ex quibus 400 millia anticiparentur, et 400 millia pro hibernalibus servarentur.

Item, simul petiit precariam extraordinariam sive impostas continuari et solum non portee, sed 50 millia per mensem.

Responsum et resolutum fuit desuper nihil concedi, nec opinari posse, nisi prius precedens subsidium esset completum et actu acceptationis dato, eo quod impostae hujus anni necdum levatae essent, nec levarentur defectu actae acceptationis, quod novum subsidium accordarent etc.

Inde demum datum est graffiario desuper commune scriptum sed breve expediret et principi destinaret.

Anno 1658.

7 Januarii, postquam venisset acta acceptationis super impostis absque commissione aut satisfactione conditionis quod patria ruralis remaneret libera ab hibernatione militum, imo de facto milite gravaretur, deliberatum fuit utrum illa tertio Statui communicanda foret necne.

8 Januarii, resolutum fuit quod communicaretur, eo quod videretur clarum nos resistere non posse isti hibernationi nisi per aliud medium, promovendi scilicet consensum novi subsidii.

Item questio mota fuit super libertate Equitum Aurei Velleris ab imposta 24 stuferorum super ama vini, anno 1654 accordati, eo quod aliquot vasa Comitis de Isenburgh essent arrestata, ob negationem dictae solutionis, resolutum fuit pro media concordia, ut Rex seu finantiae pro ipsis solverentur, ne subsidium annularetur.

9 Januarii, conclusum fuit arrestata vasa non esse relaxanda per provisionem, esto Princeps hoc Statibus iterata

f° 56v°. — epistola mandasset, sed Principem informandum et petendam actam quod Finantiae pro ipsis soluturae sint antequam vina arrestata relaxarentur.

Post meridiem consensa fuerunt 600 millia florenorum super petito subsidio 800 millium facto 30 octobris preterita, cum addictione anticipationis 200 millium sub conditionibus clausulandis. Et primaria quidem patria ruralis remaneat libera aut liberaretur ab hospitatione militum, et primitus satisfieret conditionibus civitatum pro conclusione subsidii 1200 millium florenorum ; in hunc finem deputati sunt ex primo Statu R. Gertrudanus, et 2° baro de Pellenbergh cum graffiario qui hoc Gandavi Principi indicarent, et simul explicarent cur tam diu dilata fuisset deliberatio illius subsidii, etc.

Cum Status surgerent R. Gertrudanus cum consensu aliquorum abbatum suasit R. D. Vlidderbacensis ut loco suo Principem acce-

deret, quod et acceptavit ; sed hoc factum et ego plures mecum improbaverunt.

14 et 15 Januarii, variae deliberationes habitae fuerunt, et quia ob indispositionem Principis nostri Commissarii audientiam non habuerant et Princeps Bruxellam reversus esset,

15 Januarii, ad eum deputati sunt Archiepiscopus Mechliniensis [113]) baro de Wemmel et Burgimagister Bruxellensis cum Graffiario.

Abbas de Niselle — 16 Januarii, consultatum fuit utrum Abbas de Niselle [114]) admittendus esset ad congregationem Statuum ; qui hoc pretendebat, et resolutum fuit quod non, inter alia ob rationem quod ejus abbatia non esset comprehensa inter monasteria sub primo Statu annumerata ; desuper postmodum Abbas de Niselle litem in Consilio Brabantiae instituit contra Status et post longum processum, perdidit ipse cum expensis. Anno 1661 in Decembri.

f° 57. — 17 Januarii, nostri deputati ad Principem fecerunt suam relationem, et notandum quod cum Archiepiscopus esset deputatus, Princeps dubitaverit qualiter ipsum recipere deberet, et an caput tegere posset, et consultato preside Ovinis et comite de Lamotteni, resolverunt ipsum utpote a Statibus Brabantiae deputatum venire in persona Abbatis Affligemensis, et proinde caput tegere non debere, quod diversimode a diversis interpretatum, eo quod Archiepiscopus defunctus etsi a Statibus deputatus apud principes caput texerit veluti primus patriae et proinde Grand d'Espaigne, sicuti et fecit dux Arschotanus quando a Statibus deputatur.

Nota : ex hoc facto liquet Archiepiscopum intrare Status, non uti Archiepiscopum sed uti Abbatem Affligemensem.

25 Februarii, interfui congregationi Statuum, et deliberabatur qualiter patria ruralis sublevari posset et an petitum subsidium 800 millium accordari posset, antequam precedens subsidium esset conclusum. Nihil resolutum fuit ; inter colloquendum autem Archiepiscopus Mechliniensis dicebat sibi constare quod antequam dictum subsidium 800 millium florenorum petitum fuit, in campo resolutum fuisse inter ministros Aulae, quod patria ruralis hibernis militum gravaretur, et ea propter de industria petitum illius ita procrastinasse.

[113]) André Creusen, archevêque de Malines de 1657 à 1666.

[114]) Abbaye de Nizelles, de l'Ordre de Cîteaux. L'Abbé était Liévin Berens, de 1657 à 1673.

26 et 27 Februarii, consultatum fuit utrum aliqua via inveniri posset succurrendi patriae rurali, quae in quarteris Antwerpiensi, per totam Campiniam, in districtu Thenensi et per Walonicam Brabantiam hibernis excessivis militum, gravata erat, et post varios discursus nihil adhuc resolutum propter impossibilitatem quae occurrebat in subsidii novi acceleratione, ex eo quod precedens subsidium 12 centum millium necdum conclusum esset.

f° 57vo. — 28 Februarii, conclusum ut conscriberentur supremi officiarii patriae ruralis, et cum illis ageretur ad videndum quidnam contribuere possent ad eximendam patriam ruralem ab hospitatione militum, eo quod undique occurrerent difficultates anticipandi nummos, et pro certo teneretur quod promissam aut promittendam pecuniam reperire postmodum non possent.

1a Martii, in resolutione hesterna perstiterunt et simul deputarunt, a quolibet Statu unum ad Principem cum graffiario, qui explicarent insolentias militum in Campinia, et quod conarentur subsidium concludere, dummodo patria ruralis ab hospitatione militum eximeretur — et deputati sunt R. D. Abbas Flidderbacensis, Baro de Bautersem [115]) et Burgimagister Antwerpiensis.

[*En marge:* Congregatio cleri mechliniensis].

Die eodem, ex convocatione Archiepiscopi, de mandato Smi Principis, convenerunt Bruxellae in domo episcopali, omnes abbates diocesis Mechliniensis, Praepositi et deputati Capitulorum et omnium fere ordinum, et lectis epistolis credentialibus, exhibitam ipsi ab aula instructionem et petitionem publicavit [116]). Erat autem illa, ut quia Anglus intercepisset fortalitium de Mardijck prope Dunckerkam, ut magnam apparatum faceret ventura aestate invadendi Flandriam,

[115]) Jean-Jacques van Castre, chevalier, seigneur de Bonheijde, fut créé baron de Bautersem, le 8 mars 1650. THÉÂTRE, o. c., p. 34.

[116]) C'est le moment où presque toute l'Europe était dressée contre l'Espagne. Peu avant cette date, le roi Philippe IV, voulant rétablir ses affaires, s'imagina de faire maison nette à Bruxelles. Le comte de Fuensaldaña, odieux à Condé, fut rappelé. L'archiduc Léopold, malade et dégoûté d'une lutte stérile, put rentrer en Autriche. Au mois de mai 1656, don Juan, fils naturel du roi, venait le remplacer comme gouverneur et capitaine-général, amenant avec lui, en qualité d'auxiliaire, le marquis de Caracena. L'année commença par rapporter quelques succès, elle força Turenne à lever le siège de Valenciennes: ce fut une victoire sans lendemain. L'alliance formelle de la France et de l'Angleterre, le 23 mars 1657, allait précipiter le dénouement.

Don Juan ne parvint pas à avoir l'appui de l'Empire, ni à semer la discorde entre les Provinces-Unis et Cromwell; la Hollande enfin, avec Jean de Wit, se

ut clerus pro quatuor mensibus interteneret et solveret 4800 militibus peditibus, qui nulli alio fini applicaretur quam contra Anglos, hostes Religionis, et nonnullas particularitates addebat, et desuper Archiepiscopus parvam exhortationem faciebat, et in fine, ut alios animaret, promittebat se isti fini daturum 10 mille florenos, et a nullo in particulari certam summam petebat, et quia deputati Capitulorum et Ordinum, tantum qualificati erant ad audiendum et referendum, nihil praeterea actum fuit, sed triduum concessum ad referendum responsum ; dicebant autem requiri circa 200 millia florenorum pro dictis quatuor mensibus, et pro sequentibus mensibus solveretur ab aliis diocesibus, etc.

f° 58. — Post meridiem, RR. DD. Abbates Flidderbacensis, Grimbergensis, Heylissemensis, Diligemensis una mecum accesserunt Archiepiscopum et responderunt ei, se non comprehendi sub clero diocesis Mechliniensis, eo quod exempti essent, et petitionem Principis ad illos non dirigi, eo quod sub primo Statu Brabantiae comprehensi, cum illis contribuerant et tam abundanter, ut merito a contributione cleri separati et eximi debeant.

Item prestiterunt Abbates Eenamensis [117]), Grandimontensis [118]) et Ninoviensis [119]), eo quod contribuerent cum membris Flandriae. Deinde Abbates primi Status prescripti mihi comiserunt ut ad requisitionem archiepiscopi formarem responsum in scriptis, adhibita in consilium D. advocatus Martel, quod et feci, et conveneramus ut D. Abbas Flidderbacensis, nomine aliorum hoc signaret et presentaret ; verum quia D. Flidderbacensis et alii Abbates, 3 Martii, abierant antequam ex manibus D. Martel responsionem nostram habere possem.

4 a Martii, archiepiscopum accessi et indicavi inclinationem

renferma dans la plus stricte neutralité. La campagne de 1657 s'annonçait sous de tristes auspices, d'autant plus que Don Juan et Condé étaient brouillés.

On parvint bien à reprendre Saint-Ghislain et à refouler Turenne, mais ces légères avantages ne compensèrent pas les pertes que la double attaque des Français infligea aux Espagnols. A l'Est, les Français s'emparèrent de Montmédy, et à l'Ouest, de Saint-Venant et de Mardyck (3 octobre) qu'ils remirent à leurs alliés anglais en attendant de pouvoir leur donner Dunkerque, d'où demande de subsides. PIRENNE, o. c., V, p. 12.

[117]) L'abbaye d'Eenham, de l'Ordre de S. Benoît. L'abbé Antoine Loose, de 1657 à 1682.

[118]) L'abbaye de Grammont, de l'Ordre de S. Benoît. L'abbé était Hubert Meurant, de 1656 à 1677.

[119]) Jean de Nève, abbé de Ninove, de 1657 à 1685.

Abbatum primi Status, quod putarent se non comprehendi sub clero ; et tam excessari in Statibus taxam, quod merito deberent excusari, et quod maxime retraherent a contribuendo, quia jam bis terve in simili casu sine ullo fructu contribuerant, et nummos in saccum quasi pertusum projecerant.

Ad hoc archiepiscopus respondebat se ridere illas rationes et habere uti frivolas, et petebat utrum venirem nomine aliorum et ex eorum commissione, et an haberem responsum in scripto.

Respondebam me venire privato nomine, et quia ipse privatim me moneret ut alios inducerem, me existimasse esse officii mei favere desuper relationem. Archiepiscopus ad hoc reddebat, se opinari quod alios induxissem ne contribuerent, et satis se advertisse in congregatione 1ª Martii cujus essem mentis et intentionis,

f° 58v°. — et cum ipsi contrarium persuadere niterer et dicerem omnes alios Abbates reversos esse ad propria, mirabatur id factum esse se non salutato, et addebat, et voluntate sua reversi sunt, contra voluntatem suam revertentur.

Respondebam forte se putasse responsi loco fuissem quando 1ª Martii post meridiem ipsum convenissent, replicabat ille, id non posse sic accipi, quia ego solus tunc locutus fuissem.

Porro inter conferendum dicebat, se forte esse invisum Abbatibus, et quod si illi inter se vel apud archiepiscopum aliquem deputare vellent, id facere possent. Item valde extollebat nostram abbatiam de opulentia, quod non haberet debita et annue forte haberet 30 millia florena, et tantum domi essent 30 religiosi, etc. ad quae singula ei respondi, et cum me urgeret ut aliquam summam nominarem, dixi me id non posse, sed me facturum proportionaliter, si alii abbates contributuri sint.

Postmodum, die 13 Martii dixit mihi S. D. S. Gertrudis, qui pridie archiepiscopo adfuerat, quod archiepiscopus ei agnovisset quod in passione fuerat quando 4 Martii prescripta mihi dixerat.

13 Martii, ex parte Regis convocati Status per Cancellarium, petiit consensum super impostis pro medio anno ; item dissimulato priori subsidio petiit subsidium 800 millium florenorum ad faciendas praeparationes necessarias pro imminenti expeditione et educendo milite in campum, et pro motivo ad accelerandum subsidium addebatur, quod eo citius patria ruralis ab hospitatione militum liberaretur.

Nota. — Quod ob praecedentes difficultates Decembri 1655

usque nunc impostae non habuerant plenum cursum ob defectum consensus completi, et tantum hinc inde per interim levatae fuerunt.

f° 59. — 27 Martii fuerunt congregati ratione cujusdam Apostille Principis datae super communi scripto Statuum, quae tamen Statibus non dedit satisfactionem.

Eodem die Statibus fuit communicata requesta quam Abbas de Nyselle presentaverat Consilio Brabantiae, eo fine, ut status illum admitterent in congregatione Statuum, quod jam bis recusaverant ; resolutum ut contra rescriberetur, et in lite succubuit cum expensis (anno 1660, in Decembri).

28 Martii, iterum motae nonnullae difficultates ratione non datae satisfactionis, et conclusum ut iterato scripto significaretur Principi quo in loco difficultates essent, et qualiter satisfactio dari deberet.

11 Maii, per Cancellarium conscripti Status, D. Tulden, ut senior consiliarius, ob infirmitatem Cancellarii, nomine Principis petiit 200 millia florenorum pro curribus et victualibus exercitus, idque sub conditione decurtationis in subsidio consenso vel proxime consentiendo — nihil desuper resolutum fuit.

Post meridiem convenerunt in domo archiepiscopi, episcopi Brugensis [120]) et Antwerpiensis [121]), una cum abbatibus Averbodiensi, Tongerloensi, Diligemensi, Gertrudano, et ego, et deliberatum fuit qualiter pecunia ulterioris distributionis expenderetur, et qualiter miles levandus esset. Et conclusum quod unum vel alterum regimentum vetus compleretur, et officiales militum colligerent meliori pretio quo possent.

[*En marge* : Capello].

13 Maii, pro prima vice intravit Status Rmus Episcopus Antwerpiensis Capello, qui cunctaverat venire, quia Status aliter eum nolebant admittere, quam uti possessorem bonorum abbatiae S. Bernardi.

Item pro prima vice intravit et juramentum prestitit novus Baro de Mariensart [122]). Item deliberatum fuit supra petitione 11 Maii

[120]) Charles van den Bosch, évêque de Bruges de 1659 à 1660, quand il fut transféré à Gand, où il décéda en 1665. *Flandria illustrata,* I, p. 230.

[121]) Marius Ambroise Capello, des Frères Prêcheurs, désigné par Philippe IV au siège d'Ypres en 1647; la ville étant occupée par les Français, on différa sa consécration. A la translation de Gaspar Dubois au siège de Cambrai, il devint évêque d'Anvers, il fut consacré le 13 septembre 1654; décédé à Anvers le 4 octobre 1676. *Gallia Christiana,* V, col. 135, 136.

[122]) Pierre Coloma, baron de Mariensart.

facta, et Nobiles pretendebant ut consentiretur subsidium 800 millium florenorum in hieme petitum, levandum via precariarum sub conditione quod rurales qui fuissent passi hiberna, eximerentur, et qui hiberna redemissent, eorum redemptio ipsis ad computum serviret, ut sic possent obtinere quotas Abbatum et Civitatum ad prestanda 200 millia florenorum.

f° 59vo. — 14 et 15 Maii, inter Abbates et Nobiles altercatum fuit utrum accordarentur 800 millia quae petita fuerant ; Nobiles pretendebant dari 800 millia, Abbates vero 600 millia ; tandem non renitente pluralitate votorum consensit in 800 millia florenorum.

16 Maii, ad requisitionem Statuum comparuit Baro de Rivieren [123]) ut Commissarium Finantiarum ad liquidandum nonnullas difficultates, quas ministri Regis non satis videbantur intelligere ; et quia habebat litteras credentiales, sedit in loco Cancellarii — quod postea non ita fuit probatum.

17 Maii, aperta fuit opinio prescripta Cancellarii. Post convenerunt in domo archiepiscopi, episcopus Antwerpiensis, Abbates Vlidderbacensis, S. Bernardi, Grimbergensis, Averbodiensis, Tongerloensis, Diligemensis et ego, et consultatum fuit qualiter in posterum precaveri possit ne subsidia levarentur via precariarum — sed post longos discursus, nihil resolutum.

Deinde egimus cum archiepiscopo quoad approbationem religiosorum pro audiendis confessionibus, ut illos ad minus vellet approbare pro iis locis ad quae a prelatis suis mitterentur ; quod promisit se facturum.

Item concessit ut quando requireremur, possemus in ecclesiis, etc. celebrare in pontificalibus.

18 Maii, per Cancellarium facta fuit nova instantia pro impostis, quatenus Status vellent deserere conditionem appositam de non gravanda patria rurali presidiis hibernalibus.

Et quia patria ruralis in quarteriis Antwerpiensi, Thenensi et Brabantia walonica presidiis hibernalibus summe extenuata erat, sub spe quod in posterum non fieret, et quia Status summis debitis gravati erant, quibus sine impostis satisfacere non poterant, et civitates Bruxellensis et Antwerpiensis hibernis non gravatae, sed ditatae erant, duo primi Status deseruerunt conditionem.

f° 60. — de non gravanda patria rurali presidiis hibernalibus, quondam appositam, sub conditione quod a Decembri elapso usque

[123]) François de Kintschot, créé baron de Rivieren en 1654.

ad 1 Junii exclusive, dicta quarteria quae militibus gravata fuerant, impostas non solverent.

20 Maii, dicta opinio Cancellario aperta fuit.

17 Junii, postquam Franci ante elapsum maium Dunckerkum cum Anglis obsedissent, noster miles, qui venerat ad succurrendum, incaute minus et inermis fere, postquam accessiset ad dimidium milliare prope castra inimicorum, turpiter cesus fuit.

Hinc Princeps Joannes scripsit Statibus de infortunio quod acciderat et auxilium postulabat ; qui congregati indicarunt acceleranda subsidia quae necdum completa erant, et post diversas altercationes, tandem 28 Junii, opiniones Civitatum coram Cancellario lectae et apertae sunt, quae continebant consensum pro impostis a 1ª Junii currente, sed pro elapsis terminis non concordabant.

Item consentiebant in subsidium 800 millia florenorum, sed conditiones tales apponebant, quae dubitabantur an Princeps admitteret.

1 Augusti, Cancellarius nomine Principis proposuit quatenus Status vellent accordare media necessaria ad intertentionem 400 electorum vulgo Kuerelingen, idque pro tanto tempore, quo erunt necessarii, etc.

2 Augusti, tres Status responderunt se mirari illam petitionem, et quod contra aperta privilegia patriae, consilium Brabantiae curasset levari 4000 electorum, sub forma van Ban et arrier-ban, termino hactenus inaudito, et de facto etiam expedivisset executoriales pro interdictione eorumdem de quindena in quindenam, et cum a Statibus ipsi electi petiti non fuerint nec petantur, se in intertentione illorum media necessaria accordare non posse, et requirere ut tot facta per Consilium cassentur, et dicti electi in Statibus petantur, tunc promptissime se facturos omnia possibilia.

fº 60vº. — Item ex parte Regis petitus fuit consensus Statuum ad vendendum dominium et oppidum civitatis Geldonensis vulgo Jodoigne, et transferendum Duci Arschotano. Et duo primi Status consenserunt.

3 Augusti — resolutum fuit quod Graffiario Statuum, D. Ghindertale, daretur adjunctus, idque ob diversas ejus negligentias, et hoc ipsum ex requisitionibus aliorum indicarunt Graffiario Ghindertale, Abbas Tongerloensis, comes de Ursel et D. Locquenghien, burgimagister Bruxellensis.

21 Augusti, ex parte Principis venit epistola responsiva ad resolutionem captam 2 Augusti preterita, et scribebatur ut Status vellent investigare acta preterita super levatione Kuerelingorum, ut interim

Rex maneret in sua auctoritate illa levandi, et Status probarent sua privilegia in contrarium, et addebatur, quatenus Status vellent procurare necessariam subsistentiam van de Kuerelingen et sibi reputare quod ac si levatio Kuerelingorum ab eis esset petita.

Eodem die resolverunt Status persistendum in resolutione dicta 2 Augusti, et pro satisfactione Principis jungere copias actorum preteritorum super levatione Kuerelingorum, et nullatenus sibi persuadere posse illos a se esse petitos, cum nulli petiti fuerint.

11 Septembris, et occasione quod Franci juncti Anglis post interceptam elapso mense Gravelingen [124]), incursum fecissent in patriam, et transita Lysa paucis diebus circumsessa Aldenarda, eam occupassent, et sic Scaldim transissent, Sottegem incendissent, etc. Cancellarius in absentia Principis ex parte Consilii Status convocavit Status Brabantiae et petiit unum subsidium promptum 300 millium florenorum, idque in anticipationem subsidii prescripti 800 millium florenorum sive futuri, cum additione quod primitus daretur satisfactio super conditionibus subsidii 800 millium florenorum.

f° 61. — Desuper facta deliberatione, resolverunt Status, Consilium Status sine commissione Principis non posse petere subsidium a Statibus, nec litteras dare credentiales Cancellario, et quia litterae quas adferebat inscriptae erant à Messieurs les Ecclésiastiques, Nobles et députés des villes représentant les trois états de Brabant, illas referri voluerunt ad Cancellarium et per graffiarium eodem die reddiderunt, tanquam non debite inscriptas.

Insuper dictam petitionem noluerunt acceptare pro petitione et responsum fecerunt immediate ad Principem sub hoc tenore, quod per certum scriptum per Cancellarium eis exhibitum, intellexissent quod Princeps primo die Statibus daret satisfactionem super conditionibus subsidii 800 millium florenorum, et dolere se quod in hac necessitate ita essent impossibilitati quando possent alia via nummos suscitare quam per accompletionem conditionum dicti

[124]) La bataille que Don Juan vint offrir le 14 juin à Turenne dans les Dunes, tourna en une débandade. Condé sauva les débris de l'armée. Mais la résistance était impossible. Le 23 juin, Dunkerque ouvrait ses portes et recevait la garnison anglaise. Puis Turenne entrait à Bergues (1 juillet), à Furnes (3 juillet), à Dixmude (6 juillet), à Gravelines (27 août), enlevait Gavere et Audenarde (9 septembre), se rabattait sur la Flandre maritime, faisait capituler Ypres (25 septembre) et achevait la campagne par la prise de Commines, de Grammont et de Ninove. PIRENNE, o. c., V, p. 13.

subsidii, quae colligi possent in scriptis desuper quondam exhibitis, etc.

12 Septembris, examinato dicto responso, deputarunt Abbatem Vlidderbacensem et Baronem de Wemmel et unum ex tertio Statu, qui Principi illud responsum deferrent, qui nocte hac intraverat Bruxellam.

13 Septembris, Consilium Status agnovit se indebite 11 Septembris processisse, et hodie Cancellarius cum novis litteris credentiae a Principe signatis, in Statibus apparuit, quae debita forma inscripta erat, et pretermissa propositioni quam 11ª Septembris fecerat, attulit actum acceptationis Principis super consensu Civitatum in subsidio 800 florenorum, et omnes conditiones a Civitatibus appositas concessit, et quia in patria rurali, electi seu kuerelingen per Consilium Brabantiae, jussu Principis collecti erant, sine consensu Statuum contra conditionem in consensu

fº 61vº. — subsidii predicti 800 millium appositam, Cancellarius propositionem fecit Statibus ex parte Principis, quatenus consentire vellent in collectionem 4000 electorum super factum. Verum quia in propositionem nonnulla addebantur de jure principis levandi electos in tali necessitate, et ut Status exhiberent sua documenta in contrarium, dicta propositio tamquam indebite concinnata et ex qua bonus exitus sperari non poterat Cancellario reddita fuit, ut eam mutaret.

Deinde Princeps particulariter petiit a Civitate Bruxellensi, quatenus in defensionem suam vellent levare 1200 milites, uti ab aliquot annis adhuc fecerant, qui servirent sibi pro presidio.

Hanc petitionem Plebs rejecit, respondens se sufficere pro civitatis defensione et custodia.

Hinc Princeps et consilium Status, quod a plebeis obtineri non potuerant, a Nobilibus et aliis a plebis consensu independentibus, per modum contributionis voluntariae petierunt, quatenus quisque capitatim signare vellet quantos milites pro uno tantum mense intertinere vellent ad ratam 6 stuferorum per diem.

Diversi pro diversa qualitate contribuentium deputati sunt qui in hunc finem circumirent.

Archiepiscopo demandata est cura id petendi a Clero, in quem finem 24 vel 25 Septembri ipse per quemdam trivialem misit ad omnes in particulari parvas schedas ejusdem tenoris, et etiam ad refugium nostrum sub hac forma : Le Refuge de Parck compareat hora tertia pomeridiana in aula archiepiscopali ; sed ad talem evo-

cationem nullus Prelatorum comparuit, nec deinceps ab archiepiscopo moniti aut molestati fuerunt,

f° 62. — sed Fiscalis [125]) Consilii Brabantiae, ex parte Consilii Status et Finantiarum, ad me deputatus fuit, petens quot militibus vellem solvere pro uno mense, respondi, me fuisse formalisatum in tali citatione ex parte archiepiscopi facta, et indubie ceteros abbates etiam hoc non esse accepturos, et me facturum proportionaliter ad alios abbates in hac contributione ; et dictam schedam Fiscali communicavi, qui et eam improbavit, sicut et alii de Consilio Status. Tandem, post nonnullas tergiversationes,

1ª Octobris, signavi coram dicto Fiscali pro solutione sex militum pro uno mense, ad ratam sex stuferorum per diem.

8ª Octobris, Cancellarius tulit actam acceptationis super consensu Statuum ex levatione 4000 kuerelingorum, idque sub conditionibus a Statibus duobus adjectis scilicet, quod rescinderentur acta per Consilium Brabantiae super dicta levatione, et omnes cartas illam concernentes darent Statibus, et in posterum Consilium amplius se non immisceret in simili levatione electorum. Item dicti electi solum servirent usque ad Novembrem exclusive et pro diebus singulis solverentur 12 stuferi ; et summa inde exurgens decurtaretur in duobus futuris successive subsidiis.

Deinde Cancellarius petiit consensum super impostis pro futuro medio.

Exinde, Cancellario absente, actum fuit de determinando negotio quoad substitutionem adjuncti graffiarii, et archiepiscopus Mechliniensis rogavit Graffiarium Ghindertalen ut vellet se parumper retrahere, qui et exivit cubiculo, et archiepiscopus petiit quem diem vellent capere pro electione facienda, et duo primi Status elegerunt diem 10 presentis mensis ut interim absentes possent vocari, sed tertius Status incepit difficultare se non posse consentire in substitutionem adjuncti graffiarii sine assensu sui Magistratus, eo quod illa substitutio cederet in novum gravamen patriae ; unde resolutum

[125]) Léon-Jean de Pape, chevalier, seigneur de Glabbeek, succéda en 1641 à son grand-père Libert van den Hove, en qualité de substitut procureur général, fut nommé conseiller-pensionnaire des Etats de Brabant en 1646, et remplaça, le 7 octobre 1657, Léonard de Herve en qualité de conseiller avocat fiscal. Appelé à Madrid en 1670 pour remplir la charge de membre du conseil suprême des Pays-Bas, il obtint le 1er décembre 1671 la place de chef-président du Conseil privé, prit possession de sa charge le 2 mai 1672 et mourut le 8 août 1685. C'était le frère de l'abbé du Parc. GAILLARD, o. c., III, p. 361.

fuit ut videretur registrum, et qualiter anno 1646 modernus graffiarius esset substitutus D. Maes [126]).

f° 62v°. — 9 Octobris prelectum fuit ex registris qualiter modernus graffiarius Ghindertale fuisset substitutus D. Maes ; item qualiter senior Maes [127]) postulasset anno 1602 suum filium pro assistente — et inventum fuit primos duos Status cum adviso deputatorum tertii Status processisse ad electionem, et Magistratus Civitatum postmodum assensum seu electionem suam etiam attulisse, et nullatenus plebem desuper fuisse requisitos et hinc absentes sunt vocati in diem sabbati proximum ad deligendum substitutum.

Item duo primi Status consenserunt impostas pro uno medio anno inchoando 1a Decembris, sub conditionibus ordinariis.

10 et 11 Octobris, deliberatum fuit an in his angustiis patriae non esset preveniendus Princeps, et ex parte Statuum instruendus pro restauratione disciplinae militaris, cum suggestione qualiter id fieri posset, et rogaretur an vellet ut Status desuper cum ministris venirent in deliberationem.

Et resolutum fuit per duos primos Status Principem prevenire cpportere, nec exspectandum quoadusque petat novum subsidium, ne contingeret iterum, uti elapso, quod militibus hiberni excessive darentur in rurali patria et hoc serviturum pro ostensione zeli Statuum ad defendendam patriam.

Hinc ad Principem deputati sunt Teneramundanus, episcopus Antwerpiensis, ex primo, Baro de Wemmel ex secundo, etc., cum Graffiario.

12 Octobris, duo primi Status elegerunt pro adjuncto graffiarii D. Bouton [128]) ; concurrebant autem DD. Bouton, Clops [129]), Spal-

[126]) Jean Maes, chevalier, seigneur de Bousval et Longchamps, fils de J.-B. Maes et beau-frère du chancelier Asseliers, résigna ses fonctions de conseiller, le 12 mars 1648, en faveur d'Alb. van Male, son gendre. GAILLARD, o. c., III, p. 358.

[127]) Jean-Baptiste Maes, nommé avocat fiscal adjoint à J.-B. de Boischot, le 2 mars 1574 et conseiller ordinaire en 1579, il renonça à la charge d'avocat fiscal en 1616, en conservant celle de conseiller et décéda le 29 juillet 1618. GAILLARD, o. c., III, p. 356.

[128]) Jacques Bouton, chevalier, seigneur de Stalle et Capelle-au-Bois, conseiller pensionnaire des Etats, conseiller surnuméraire et avocat fiscal le 11 janvier 1676; mourut au mois d'août 1686. GAILLARD, o. c., III, p. 364.

[129]) Clopes ou Cloeps (Jacques), seigneur de Hasvy et Goë, conseiller avocat fiscal de S. M. à la Chambre mi-partie, nommé conseiller ordinaire le 10 janvier 1664, mourut en 1670. GAILLARD, o. c., III, p. 361.

laert [130]), Godtscoven [131]), Pipenpoy, vanden Perre et Wansin ; habuit vero D. Bouton in universim 13 suffragia, D. Clops septem et D. Spallaert duo ; erantque omnes de primo Statu presentes, excepto R. D. Heylissemensi — et duo primi Status non elegerunt seorsum, sed junctim, idque ne contingeret duos primos Status discordare, et ut suffragia magis manerent occulta.

f° 63. — Prescripti deputati, 13 Octobris, Bruxella Teneramundum tetenderunt ad Principem, et 15 Octobris reversi sunt Bruxellam, et quia Domini Status reversi erant ad propria, per Graffiarium convocati sunt in 20 Octobris, quo die retulerunt se eodem die habuisse audientiam et gratum fuisse adventum ipsorum, et quia deputati tantum proposuerant quot milliones ab annis decem in sustentationem militum exsolvissent et nihil fructus inde provenisse, et nisi melior modus inveniretur, patria sine dubio perderetur. Et petebant scire a Principe cujus foret intentionis, an in hieme iterum patriam ruralem hybernis gravaret ; quod si fieret, nihil exspectare posse a Statibus, etc.

Princeps petebat sibi proposita tradere in scripto, et ut Status magis vellent se aperire quid vellent contribuere, et qualiter aut quot milites sustentare, etc. et deputatos misit ad Marchionem Caracena, etc.

20, 21 et 22 Octobris, per Status deliberatum fuit quid porro agendum, et resolverunt ut Graffiarius reverteretur ad Principem ut vellet deputare Ministros quibuscum Status possent tractare, et se aperire qualiter pro conservatione patriae possent succurrere.

25 Octobris Graffiarius redux a Principe, quem invenerat Gandavi, retulit Principem post paucos dies reversurum Bruxellam, et tum se deputaturum commissarios ; quo responso accepto, quisque rediit ad propria, reversuri dum per Graffiarium revocarentur.

5 Novembris, Princeps deputavit marchionem de Caracena, legatum de Cardenas, Comitem de Isenburgh, D. Ovinum, presidem, et Dennetières, thesaurarium finantiarum ; Status a pridie congregati deputaverunt episcopum Antwerpiensem, baronem de Wemmel et tres burgimagistros Civitatum.

[130]) Philippe-Charles Espallart, devint conseiller à titre étranger le 6 novembre 1666, mourut le 1 mars 1674. GAILLARD, o. c., III, p. 362.

[131]) Jacques van Gutschoven, seigneur de Gentisart, devint conseiller assesseur du drossart de Brabant, conseiller ordinaire le 10 janvier 1664, chancelier de Gueldre le 4 mai 1671 et mourut le 19 avril 1682. GAILLARD, o. c., III, p. 362.

6 novembris, consultatum fuit quid in conferentia tractaretur.

7 Novembris, consultatio habita fuit, et deputatis Principis placuit propositio Statuum, sed quia Status non determinabant qualem numerum militum intertinere, aut quantum summam contribuere possent, remissi sunt ut desuper deliberarent.

f° 63v°. — 8 Novembris, Graffiarius prescripta retulit, et quia nuntiabatur quod tertium membrum civitatis Antwerpiensis nullatenus vellet consentire in subsidium 12 centum millium florenorum, rem inchoatam timuerunt non perficiendam, et deputarunt Graffiarium ut una cum Burgimagistro Antwerpiensi tenderet Antwerpiam et conaretur tertium membrum prescriptum inducere ad rationem, et simul Status ad Antwerpienses desuper scripserunt, et litteras Graffiario tradiderunt.

Usque ad 15 Novembris disputatum fuit an previe ante resolutionem capiendum per Status de numero militum intertenendo et certa summa accordando, previe forent Civitates sollicitandae ut liberales esse vellent, et quantum contribuere in hac necessitate patriae et an per Principem facienda esset propositio seu petitio antequam ultimate resolveretur, et 13 Novembris resolutum fuit ut indicaretur deputatis Aulae, quae duo primi Status inter se fieri convenissent, et quatenus Princeps faceret propositionem, quod illico tum Status resolverunt, et favorabilem opinionem facerent.

14 Novembris, retulit Graffiarius se dictam resolutionem indicasse marchioni de Caracena et Alonso de Cardenas ; qui ipsum miserunt ad Principem Austriacum qui favorabiliter annuit, etc.

Item consultatum fuit quod requirentur decies centum millia florenorum ultra impostas pro solutione decem millium militum, qua via illa invenirentur. Primus Status suggessit 20^{um} denarium, seu 5 ex centum ex omnibus terris, reditibus et proventibus Brabantiae ; secundus Status videns quod per 20^{um} nummum ipsorum sylvae et feuda etiam solvere deberent, quae hucusque fuerant immunia, nullatenus in hoc consentire voluerunt, sed voluerunt levari partim via precariarum, et partim via impostarum seu consumptionum.

15 Novembris, per Cancellarium nomine Principis petitum fuit subsidium quindecim centum millium florenorum, et nihil adhuc resolutum.

[*In margine* : Adjunctus Cancellarii].

f° 64. — Cancellarius Asseliers dicebat Statibus quod petiisset adjunctum a Rege pro rebus Statuum et Status, non autem pro administratione justitiae, sibi autem a Rege datum esse D. Steen-

huijse [132]) idque sub titulo den tweeden Cancellier, et virtute patentarum in Hispania expeditarum, heri se intromisisse in Consilium Brabantiae et cepisse locum secundi Cancellarii, se id ita non intendisse, et postulabat a Statibus quatenus in hac parte ipsi vellent assistere.

Item lecta fuit epistola Principis scripta Statibus, qua concedebat Antwerpiensibus quod impostas medii anni, qui expiraverat 1 Julii 1658 — et Antwerpiae levaverant sub pretextu augmentationis accisiarum, virtute antiqui cujusdam indulti, applicare et usurpare sibi possent ad solvendum quotum suum in subsidio 800 millium florenorum.

17 Novembris post longam altercationem 9 aut 10 dierum, cum primus Status vellet levari subsidium per impositionem vigesimi nummi seu 5 ex centum, tandem consensit cum secundo Statu ut levaretur media pars via seu pede consumptionis, et altera medietas via precariarum, et consenserunt in summam decies centum millium florenorum seu millionis, sub conditione quod excrescentia impostarum, sive quod boni ex illis restant, post solutionem ordinariorum onerum, influeret in dicto millione.

18 Novembris, dicta resolutio limata et opinio duorum primorum Statuum in ordinem est digesta.

19 Novembris, dicta opinio coram Cancellario aperta est.

27 Novembris, qui ex parte Principis, 5 Novembri, deputati fuerunt, examinaverunt opinionem duorum primorum Statuum ; hac die petierunt reiterare conferentiam, et ex parte Principis prescriptis additi fuerunt Don Stephanus de Gamarra [133]), et princeps de Ligne, et ex parte Statuum, pro episcopo Antwerpiensi absente, deputatus fuit archiepiscopus Mechliniensis.

[132]) En 1657, le chancelier Robert Asseliers, invoquant son grand âge et ses infirmités, sollicita de don Juan d'Autriche la faveur de se faire aider par un coadjuteur, chargé de le suppléer lorsqu'il se trouvait dans l'impossibilité de remplir les devoirs de sa charge. Il proposa pour exercer cette fonction Philippe-Guillaume de Steenhuijs, baron de Poederlé, conseiller d'Etat et privé et ancien président du Conseil de Flandre. Sur l'avis favorable du gouverneur général, le roi accueillit la demande du chancelier. Les lettres patentes de nomination, datées de Madrid le 13 juillet 1658, donnaient au baron de Poederlé le titre de second chancelier et le droit de succéder au chancelier Asseliers. Les difficultés que le baron rencontra sont racontées dans le texte. Il remplaça Asseliers en 1661, et mourut le 1 mai 1668. GAILLARD, o. c., I, p. 144.

[133]) don Esteban de Gamarra, ambassadeur espagnol auprès de de Wit, pensionnaire de Hollande. PIRENNE, o. c., V, p. 15.

Et deputati Principis urgebant quod soli milites pedites non possent defendere Brabantiam ab incursu Francorum, necessario debere adesse equites. iidemque petebant ut loco decem millium peditum, vellemus intertenere

f° 64vo. — septem millia peditum et mille equites — cui petitioni factae post meridiem propositioni in Statibus Status annuerunt.

Deinde petebant ut cohortes militis reducerentur ad numerum quinquagenarium et quia tunc plures essent officiarii, deberet augmentari summa millionis pro eorum solutione. — Status id recusarunt et perstiterunt in summa millionis, et quod cohortes majoris deberent esse numeri.

Denique petebant quod rex Angliae cum fratribus et legati, et Consiliarii laterales Principis essent liberi ab impostis hactenus. — Status consenserunt pro rege Angliae et fratribus, sed non ultra.

28 Novembris, nostri deputati apud deputatos Principis in juncta ante prandium venientes, facta praedictarum resolutionum relatione, grati non fuerunt, et in tantum displicentiam ostendebant, ut marchio Caracena diceret Principi non imputandam perditionem patriae, si Status non vellent acquiescere predictis tribus eorum petitionibus et desuper se obligatos facturos publicum manifestum.

Etiam urgebant, cur in subsidio levando non caperetur alia via quam in opinionibus esset prescripta, scilicet via latitudinis coeli, id est Hemelsche Breyde, equum esse ut omnia bona etiam feudalia et silvae contribuerent, si omnes velint contribuere ex impostis et neminem ab illis eximere. Post meridiem, facta in Statibus relatione, consenserunt ut cohortes militum redigerentur ad numerum quinquagenarium, et quia tunc multiplicabantur officiarii loco millionis accordarentur duodecies centena millia florenorum levanda uti prius dictum erat de millione.

Item quod de impostis, ultra regem Angliae, etiam eximerentur legati, equites Aurei Velleris et quatuor generales exercitus, sub conditione quod illis assignaretur certa taxa consumptionis ad evitandas fraudes.

f° 65. — 29 Novembris, deputati Statuum iterum in juncta congregata cum deputatis Principis, finaliter juxta hesternam resolutionem et aliis nonnullis punctis minoris considerationis venerunt in concordiam et communem assensum. De quibus omnibus post meridiem a Statibus facta fuit relatio.

30 Novembris, opinio et resolutio finalis mutata in prescriptis punctis, revisa fuit et conclusa.

13 Decembris, Status convocati per Graffiarium deliberarunt super facienda anticipatione aliqua super preconsenso subsidio, eo quod miles ad hiberna veniens egeat subsistentia ad evitandas deordinationes ; hinc duo primi Status consenserunt ut in patria rurali emitterentur taxae duarum precariarum, et in illum finem graffiarius conscriberet officiales rurales, etc.

Item consultatum fuit super admissione D. Steenhuijse ad adjunctionem officii Cancellarii quae controvertebatur,

1° quia erat Mechliniensis, et a nonnullis dubitabatur utrum titulus baronis de Poederle ab aliquot annis a Rege ipsi concessus, ipsum sufficienter brabantisaret in ordine ad Cancellariatum, et disputabatur super verba Laeti Introitus « Baenvoetstamme ».

2° quia in patenta H. Steenhuijse ponebatur quod assumeretur ut « tweeden Cancellier », quod non putabatur a multis admittendum.

3° quia patenta ejus erat sigillata sigillo Hispaniae, et sigillari oportuisset sigillo Brabantiae.

Pluralitas votorum importabat illum ad juramentum esse admittendum, sed praevie tamen etiam requirendum esse judicium tertii Status, saltem Magistratuum.

14 Decembris, exhibita fuit opinio Antwerpiensium in ultimo subsidio 12 centum millium florenorum ; et quod mirum, solito citius se conformarunt cum consensu primorum Statuum, et addebat ultimum membrum clausulam quod nollent contra sententiam latam in Consilio Brabantiae stabiliri in jure suo emittendi et tenendi contra Magistrum Postarum.

f° 65v°. — Hinc Status resilierunt ex parte sua illis scriberetur epistola inductiva quatenus rem Civitatis particularem non vellent miscere cum re subsidii a qua dependeret salus totius patriae.

f° 66. — Anno 1659.

13 Januarii, apertae fuerunt opiniones Civitatum super subsidio 12 centum millium florenorum, et omnes fuerunt per omnia conformes cum opinionibus duorum primorum Statuum, excepto quod opinio Lovaniensium esset ambigua quoad propriam suam quotam, quam vellent invenire via ordinaria precariarum, ut Pensionarius Lovaniensis [134]) aiebat id intelligi quod quota ipsorum esset futura talis ac si totum subsidium via precariarum levaretur.

14 Januarii, desuper facta deliberatione, Status resolverunt insis-

[134]) Jean l'Hoste, licencié en Droit civil et canonique, seigneur de Gottechain.

tendum esse textui Lovaniensium, non autem interpretationi allegatae a Pensionario, et ad lucrandum tempus declarandum esse quod sit plenus consensus in subsidio, et cum ad solutionem venietur, tum satis tempestive futurum ad dictam interpretationem discutiendam, et ipsos inducendum ad rationem.

15 Januarii, coram Cancellario opiniones Civitatum lectae sunt, et per duos primos Status declaratur esse sufficientem consensum.

Item comparuerunt septem plebei deputati a plebe Antwerpiensi requirentes assistentiam Statuum pro abolitione sententiae in Consilio Brabantiae latae in favorem van den Postmeester generaal tegen het Bode Contoir van Antwerpen [135]). Status ei responderunt, se rem examinaturos.

16 Januarii, lecta fuit epistola Principis qua petebat 150 pionarios trium septimanarum, sub conditione quod illis solveretur ex pecuniis destinatis pro fortificationibus Brabantiae.

Item lecta fuit epistola Principis qua petebat 10 millia florenorum pro fortificatione Teneremundana, quae per delegationem et exundantiam aquarum magnum damnum passa fuerat. — Responsum seu resolutum prius examinandum an bursa Statuum id ferre posset necne.

f° 66v°. — 25 Januarii, pro prima vice intravit D. Boutton ut fungeretur officii subgraffiarii sive adjuncti.

1ª Martii, Bruxella pro toto discessit Princeps Joannes Austriacus, et ejus loco per interim factus ut gubernator patriae marchio de Caracena.

19 Martii per Cancellarium conscripti fuerunt, et per Cancellarium nomine Regis, marchio de Caracena petiit a Statibus centum mille patagones pro forticandis limitaneis locis Brabantiae et providendis de necessaria provisione.

Item petitus fuit consensus pro impostis inchoandis 1 Julii. Nihil resolutum fuit. Hac die pro prima vice comparuit in Statibus dux de Bournonville [136]) qui passim vocabatur comte de Henin, et intravit sub titulo principis, eo quod pagum de Buggenhout rex erexisset

[135]) Le 2 septembre 1658, le Conseil de Brabant condamna la ville d'Anvers à supprimer son comptoir de messagers, donnant ainsi gain de cause au marquis de Tour et Taxis, maître-général des Postes. A Anvers ce fut la révolte. Les Doyens et autres partisans furent bannis du Brabant. P. GÉNARD, *Anvers à travers les âges*, I, p. 175.

[136]) Alexandre de Bournonville, comte de Henrion-Liétard, né le 5 janvier 1616, décédé à Pampelune le 20 août 1690. La seigneurie de Buggenhout fut

in principatum eique junxisset municipium Temsche in Flandria situm, et loco nominis Buggenhout permisit uti nomine de Bournonville, itaque nunc princeps de Bournonville.

Item hoc die pro prima vice comparuit D. de Moll, creatus per regem baro de Herent, prope Lovanium [137]).

Item lectae fuerunt patentae D. Daneels [138]), cujus dominium de Attenrode, juncto pago de Wevere erexerat rex in baronatum.

Item interfuit baro de Limale, uti comes de Rodes, Sint-Achtenrode [139]) qui ab aliquot septimanis ad juramentum admissus fuerat.

Item epistolae gubernatoris ad Status inscriptae erant « à Messieurs les Prélats, Nobles et députés de chefs-villes », quod videbater esse contra stylum ; re autem examinata,

f° 67. — 20 Martii, Graffiarius retulit sic etiam epistolas exscriptas fuisse tempore gubernatoris D. Melo [140]) et Castel Roderigo [141]), et illos gubernatores extra stirpem regiam non sibi assumere auctoritatem illam scribendi Statibus ad eum modum quo rex scribere solet, scilicet : « à nos très révérends pères en Dieu les Prélats, Nobles, très chers et bien aimés ».

20 Martii, actum fuit iterum de admittendo D. Steenhuijse, baronem de Poederlé, ad officium adjuncti Cancellarii.

Item, diu disceptatum fuit utrum necne expediret solvere in manus officialium militum et non ipsis militibus in particulari, et Nobiles multi inclinabantur ut solveretur in manus officialium tantum, sed pluralitas votorum voluit ut juxta conditionem in subsidio appositam, militibus solveretur immediate, idque in manus militum.

21 Martii, pluralitas votorum resolvit loco centum mille patagonum, 19ª petitorum, dare centum mille florenos, idque ex subsidio

érigée en principauté en sa faveur; il avait épousé Jeanne-Ernestine d'Arenberg. THÉÂTRE, o. c., p. 51.

[137]) René de Mol, baron de Herent, seigneur de Balen et autres lieux.

[138]) Daneels fut en plus créé baron de Corbeek en 1671.

[139]) Thomas de Lopez de Ullva, baron de Limal.

[140]) don Francisco de Melo succéda au Cardinal-Infant comme gouverneur-général (1649). Il débuta brillamment. Profitant de l'inaction des Hollandais, il chassa les Français de Lens et de La Bassée et remporta le 26 mai 1642, à Hannecourt, une victoire retentissante sur le maréchal de Guiches. La grandesse et le titre de marquis de Tor de Layum furent sa récompense. Mais il fut compromis dans la disgrâce d'Olivarès (1643) et remplacé par don Juan, un adolescent de quatorze ans. PIRENNE, o. c., IV, pp. 278 sq.

[141]) don Manuel de Moura, marquis de Castel Rodrigo, gouverneur-général de 1644 à 1647. PIRENNE, o. c., IV, pp. 280 sq.

1200 millionum florenorum pro solutione militum destinata, eo quod tot milites futuri non essent, quod erat condictum, et proinde illa diversa solutio militum nihil obstaret.

Item hac die pro prima vice intravit Status et juramentum prestitit D. Gaillo de Salamanca, uti baro de Novimont [142]).

22 Martii disceptatum fuit et per duos primos Status admissum, ut pro hoc mense adhuc solveretur militibus non immediate in manibus omnium particularium sed officialium, et cum deputati Lovanienses et Bruxellenses sperarent suos principales desuper non moturos difficultates, deputatorum Antwerpiensium unus Antwerpiam missus ut voluntatem Magistratus exquireret, an non vellent pro hac vice in conditione subsidio apposita dissimulare.

23 Martii, predicta opinio de 21 Martii coram Cancellario aperta est, et consenserunt etiam duo primi Status in impostis sequentis medii anni.

f° 67v°. — 7 Julii, petiit Cancellarius ex parte marchionis de Caracena, etc., ut centum mille floreni quos, 21 Martii duo primi Status consenserant pro fortificatione Leeuwis, Teneramundae et Alosti, etc. vellent sinere applicari pro curribus habendis ad congregandum milites in campis, etc.

Status certiorati per Graffiarium quod pro curribus tantum non requireretur, et si consentiremus 50 mille aulae gratum futurum esset, consenserunt 50 mille florenos pro curribus ex dictis 100 millibus.

8 Julii, deliberatum fuit quid responderetur marchioni de Caracena, qui urgebat admissionem D. Steenhuijse ad juramentum prestandum uti adjunctus Cancellarii, et quia Magistratus Bruxellensis volebat eum admittere, et in plebe Antwerpiensi etiam susurratio in contrarium esset, eo quod D. Steenhuijse non esset Brabantus sed Mechliniensis, suggestum fuit ut per tertium indicaretur D. Steenhuijse quatenus peteret brabantisationem, et tunc omnes difficultates cessuras, — et permissum episcopo Antwerpiensi ut desuper ei loqueretur.

9 Julii, responsum tulit episcopus D. Steenhuijse contentum esse petere brabantisationem, sed desuper prius loqui debere D. Marchioni.

Item resolutum fuit ut Marchioni rescriberetur quod ob dissen-

[142]) Antoine Gallo de Salamanca, créé baron de Noirmont en 1658.

sum Magistratus Bruxellensis necdum possent determinare diem pro prestatione juramenti D. Steenhuijse.

10 Julii, resolverunt ad litteras Marchionis et Consiliariorum Camerae bipartitae, eidem per modum succursus semel dare undecim millia florenorum, idque ex 50 millibus restantibus et 100 millibus ab impostis, etc.

f° 68. — 30 Julii, Antwerpienses gravati executione sententiae latae in Consilio Brabantiae in favorem Postmeester teghen het bode Comptoir van Antwerpen, de qua supra 15 Januarii, presentarunt requestam et petierunt audientiam apud Status, quae post longam consultationem eis concessa est vesperi, et responsum illis est quod deberent intrare viam juris, et nullatenus viam facti, etc., et cum dicerent se non habere commissionem respondendi an viam juris inire vellent, remissi sunt Antwerpiam, etc. et Status addixerunt quod exsecutionem pro aliquot saltem diebus conarentur postergare, etc.

31 Julii, iterum marchio Caracena scripsit Statibus pro D. Steenhuijze, et adjunxit rationes dicti Steenhuijze ob quas Status eum deberent admittere ad juramentum pro obeundo officio adjuncti Cancellarii.

Item responsum ad petitionem Marchionis factam 29 Julii, qua petebat dari 150 millia florenorum loco 50 millium 7 Julii accordatorum, quod hoc prestare non possent ob defectum Antwerpiensium qui essent in mora solvendi suam quotam in subsidio 1200 millium florenorum.

Item post meridiem inter Abbates resolutum ut, quoniam R. D. Tongerloensis ob impotentiam resignasset suam deputationem, prima vice qua in Septembri futuro convocarentur Status ex parte regis, simul per Graffiarium conscriberentur Abbates pro facienda electione novi deputati.

1ª Augusti, ad novam instantiam marchionis de Caracena loco 50 millia florenorum, de quibus supra 7 Julii, consenserunt 100 millia florenorum.

4 Septembris, marchio de Caracena per epistolam indicavit Statibus se non posse ulterius intertenere exercitum extra Brabantiam, et majorem partem illius se in Brabantiam necessario retracturum ad inserviendum sustentationem, nisi Status prorogarent media ad intertenendum et precipue equitibus,

f° 68vo. — desuper resolutum fuit, invigilari debere ne exercitus intraret Brabantiam et non posse inveniri medium nisi defalcando

ex subsidio 12000 florenorum, et loco 10 mensium solutione, militibus deberentur tantum 7 mensium stipendium ; sed prius petendum a Marchione quantam summam et pro quanto tempore exigeret.

Item, comparuerunt deputati Antwerpiensium, tulerunt responsum de quo 30 Julii preterita, et dixerunt se velle intrare viam juris, et contestare in Consilio Brabantiae et consensisse in subsidium 1200 florenorum, et accordasse ut impostae elevarentur ; et supplicabant ut Status vellent pro ipsis intercedere ut possit saltem ad tempus suspendi processus juridicus et obtinere possent restitutionem in integrum a sententia contra aliquem ipsorum in Consilio Brabantiae lata. — Status spoponderunt operam.

Et pro utraque resolutione indicanda marchioni Caracena, deputati sunt Abbas Villariensis [143]), Baro de Wemmel et Burgimagister Civitatis Antwerpiensis, atque ut simul D. Marchioni de nato sibi filio congratularentur demandatum.

5 Augusti, retulerunt dicti deputati se Marchionem invenisse favorabilem, et proxime insinuaret quot militum equis pabula procurare deberent, et se milites collocaturum in amne Sambre, etc.

10 Septembris, Cancellarius ex parte Marchionis petiit ut Status 100 millia florenorum, de quibus supra 1ª Augusti, quae ei consensa erant sub certis conditionibus intertenendi currus, fortificandi Leeuwas, etc., si vellent consentire sine aliqua limitatione conditionumque, ut ipse dicta 100 millia florenorum applicari posset in rem magis utilem et necessariam exercitus.

Item pro prima vice intravit congregationem Statuum junior Comes de Ursel, uti baro de Hoboken [144]).

11 Septembris, iterum inceperunt ventilare causam hesternam et consenserunt ut 100 millia florenorum accordarentur marchioni de Caracena ad impendendos necessitatibus exercitus, etc., salvo quod illa quae desuper essent soluta, scilicet 3000 pro fortificatione Dendermonde, et 1100 pro Camere mi-partita, defalcarentur, et 10.000 applicarentur fortificando Leeuwis oppidulo.

f° 69. — Item resumpta fuit questio de admissione D. Steenhuijs ad vice cancellariatum uti baronem de Poederlé, sed necdum resolutum.

Item post abscessum Nobilium et aliorum, primus Status in quo solum deerant Archiepiscopus et Abbas Tongerloensis, uterque ob

[143]) Bernard van der Heck, abbé de Villers de 1654 à 1666.

[144]) Conrard d'Ursel, comme baron de Hoboken.

infirmitatem, processum fuit ad electionem deputati in locum R. D. Tongerloensis, et

[*En marge* : A° 1659, 11 Septembris, Electio deputati].

1° resolutum fuit eligere deputatum non pro ejus vita, sed tantum pro sexennio, et singulis trienniis novus assumeretur, in quem finem Abbas Gertrudanus continuatus est pro sequenti triennio, qui tamen contra protestatus est, unde ejus questio, quae similis erat cum questione nobilium, rejecta est, in attentionem exitus litis, quam pro sua persistentia sustinebat baro de Wesemael contra Nobiles.

2° resolutum fuit ut deputatis daretur instructio secundum quam se deberent conformare.

3° processum ad electionem per vota secreta, et cum adessent 6 albi et 5 nigri, R. D. Vlidderbacensis, agente episcopo Antwerpiensi et aliis, habuit omnia vota nigrorum, et sibi ipsi etiam suum votum dedit, et unus alborum ei junxit votum suum, qui non dubitatur fuisse R. Abbas Heylissemensis, sicque Vlidderbacensis computato proprio suo voto, habuit sex vota et Parchensis tantum habuit quatuor vota, qui proprium suum votum sibi applicare noluit, sed dedit R. D. Abbati Grimbergensi.

12 Septembris, processum fuit in deliberatione super admissione D. Steenhuijs vel non admissione.

13 Septembris, per duos primos Status, etsi nonnulli ex utroque discessissent eo quod opinionem suam seu resolutionem semel datam, 13 Novembris preterita, mutare nollent, resolutum fuit D. Steenhuijs ex nativitate Mechliniensem, ratione baronatus de Poederlé non esse capacem ad officium Cancellarii, eo quod expressa secundum privilegia Laeti Introitus deberet esse natus in Brabantia — et ipso die post meridiem concepta est epistola qua id indicaretur D. Marchioni.

f° 69^vo^. — 1^a^ Octobris, Cancellarius proposuit impostas sequentis semestri inchoando 1^a^ Decembris, responderunt duo primi primitus debere compleri consensum precedentis semestri in quo deficiebant Antwerpienses. — De quibus ferebatur quod propter decanos et bannitos tumultus esset Antwerpiae, quod portas tenerent occlusas et nullus de civitate posset egredi et domus Burgimagistri Halmale esset expilata, etc.

Hinc ne Status viderentur annuere tumultuantibus, deputarunt ex quoque Statu unum ad Marchionem de Caracena, quod dolerent de facto Antwerpiensium et quod regi vellent esse fideles.

Deinde Archiepiscopus fuit protestatus quod Status in ejus ab-

sentia mutassent opinionem et contrarientur admissioni D. Steenhuyse, uti baronis de Poederlé ad juramentum pro adjuncto Cancellario.

2 Octobris venerunt ad congregationem Statuum deputati membrorum Antwerpiae, rogantes quatenus manum tenere vellent ad habendum favorabilem apostillam super requesta Marchioni presentata quatenus decani proscripti absolverentur, etc. simul retulerunt heri tota die civitatem fuisse pacatam et tumultum nudius tertius tantum durasse ab undecima ante prandium usque horam quintam vespertinam.

Post meridiem iterum congregati Status, et audita lectione requestarum Marchioni presentatarum, nullatenus potuerunt eas approbare quia nullam submissionem nec petitionem veniae includebant ; interim ne Status causam Antwerpiensium penitus viderentur deserere, resolverunt Marchionem adire et ex quoque Statu unum deputarunt qui rogarent eum, ne ob tumultum Antwerpiae factum justi paterentur cum injustis etc.

Item hoc die a comite de Erps [145]) facta fuit querela contra graffiarium Ghindertale, quasi ab eo laesus esset in honore, etc. — et post multa verba tandem taliter qualiter invicem visi sunt condonari, etc.

f° 70. — 3 Octobris, duo primi Status consenserunt in impostas inchoandas 1° Decembris futuri, idque die portee.

17 Novembris, marchio de Caracena scripserat epistolam Statibus quandoquidem publicatio pacis diutius differeretur, et addicta pro equitibus pabula 22 Novembris expirarent, vellent adhuc pro alio uno mense addere pabula, Status responderunt hoc debere peti more consueto per cancellarium et desuper debere conscribi Status ; interim ne cogeretur miles patriam ruralem depascere defectu pabulorum, Status qui tunc aderant convenerunt cum deliberatoribus ut pabula continuarent in hunc finem.

25 Novembris, Status generales conscripti fuerunt, et propositio per vicecancellarium facta fuit, et duo primi Status in hunc finem consenserunt, 150 millia florenorum via precariarum emitti super patria rurali, quae decurtaretur in futuro subsidio petendo pace publicata, quia putabant ex 1200 millibus florenorum non tantum suppetere pro secundo mense prestandis pabulis.

26 Novembris, prescripta opinio, in scriptum redacta, fuit pre-

[145]) François de Boischot, comte d'Erps; il épousa Anne de Lannoy.

lecta Statibus. Item quaedam requesta Jesuitarum pro obtinendis certis bonis cujusdam Costermans sita in... pro quibus Jesuitae remitterent reditus quos habebant super Montem Pietatis Bruxellae, ascendentes cum arreragiis ad 40 millia florenorum, cum tamen dicta bona per magistrum Montis Pietatis tamquam plus offerens essent empta 19 millibus.

Status consenserunt conformiter ad advisamentum Magistratus Bruxellensis. 27 Novembris coram vicecancellario aperta fuit dicta opinio.

Item magna altercatio fuit super admissionem D. Steenhuijse ad officium adjuncti cancellarii, eo quod exhibuisset scriptum in quo plures de Statibus, qui in Septembri resolverant ipsum admitti non posse, culparet fuisse tumultuarios in parvo numero, et minus qualificatos, et episcopi et aliquod nobiles primarii, ut dux Arschotanus et princeps de Bournonville, consentirent cum D. Steenhuijse.

f° 70v°. — Et cum peteretur quid Marchioni ad epistolam ejus responderetur, quinque Abbates contra duos episcopos resolverunt deberi Marchioni significari ut D. Steenhuijse prius calumniosa verba scripti sui emendare deberet antequam responderetur ; et cum Nobiles convenire non possent, resolverunt ut illi qui in Septembri opinionem mutaverunt, ad epistolam responderent, alios non habere quod responderent, eo quod D. Steenhuijse admittendum putarent tamquam Baronem.

28 Novembris, Archiepiscopus petiit ex parte marchionis de Caracena quatenus Status Brabantiae, ad imitationem regnorum Hispaniae, vellet facere votum de defendenda Immaculata Conceptione D. Virginis.

Status resolverunt, se velle stare pro honore Divae Virginis, verum ex parte Statuum Archiepiscopus, dux Arschotanus et ex quaque civitate unus, in festo futuro Conceptionis, post summum sacrum in capella hispanica apud Dominicanos, facerent solemnem protestationem seu promissionem, sine formali voto, de defendenda Immaculata Conceptione donec Ecclesia aliud definiret.

Deinde resumpta fuit questio hesterna, utrum corpus trium Statuum vellet defendere congregationem, 13 Septembris habitam, non fuisse tumultuariam et parvi numeri etc., et epistolam a Graffiario formatam Marchioni destinandam vellent approbare. Archiepiscopus et episcopus Antwerpiensis nullatenus volebant consentire, et satis aperte insinuabant fuisse tum scilicet 13 Septembris Status illegitime congregatos ; idem faciebant dux Arschotanus, princeps de Bournonville, et comes de Erps et baro de Bautersen.

Unde resolverunt alii, quod illi qui 13 Septembris congregati fuerunt, suo nomine, Marchioni responderent, et in epistola, relatis injuriosis verbis scripti D. Steenhuijse, presentabunt ei viam juris et ostendendi se fuisse 13 Septembris legitime congregatos et vere representasse tres Status. Verum collegium fuit solum repletum clamoribus et partialitatibus, et tumultu verborum plenum, apparentia schismatis in Statu, unde verenda mala.

f° 71. — 29 Novembris, laboratum fuit pro evitanda divisione Statuum et ad ostendendum congregationem 13 Septembris factam, non fuisse tumultuariam sed legitimam, et per consequens dictos terminos injuriantes dictam congregationem, injuriam Status, et proinde Status debere consentire ad urgendum revocationem dictorum terminorum, in quod tandem omnes convenerunt, licet prescripti in epistola ad Marchionem scribenda voluerint addi, quod aliqui de Statibus non consenserint, nec consentire voluerint in resolutionem 13 Septembris captam.

1 Decembris, praeconcepta epistola nitide scripta responsiva ad scriptum D. Steenhuijse prelecta fuit et approbata, et deputati una cum Graffiario ad marchionem de Caracena, D. Abbas S. Michaelis, comes de Erps et burgimagister Antwerpiensis, ut contentum oretenus explicarent, et simul supplicarent nomine Statuum pro revocatione Decanorum Antwerpiae bannitorum, et si non possent impetrare revocationem omnium, saltem aliquorum.

Item lectae fuerunt diversae requestae petentium dequitationem onerum et regulamentum militum etc.

Item Cancellarius attulit actam absolutam acceptationis super impostis inchoatis 1 Junii elapsi, a tribus Statibus consensis.

Item actam acceptationis super impostis inchoatis 1° Decembris, quos duo primi Status 1° Octobris consenserunt, restat consensus requirendus tertii Status.

8 Decembris, in festo Conceptionis Divae Virginis, cum Archiepiscopus ob dolores calculi impediretur officiare, ego in Capella hispanica apud Dominicanos feci solemne sacrum in pontificabilibus et, sacro finito, Archiepiscopus comparuit et una cum duce Arschotano, aureo vellere adornato, et subsequentibus deputatis Civitatum, genu flexo ante altare coram Venerabili Sacramento, nomine Statuum Brabantiae protestati sunt et promiserunt, Archiepiscopo alta voce ex charta legente, quod defendent Immaculatam Conceptionem Divae Virginis, donec aliter ab Ecclesia decretum fuerit.

f° 71v°. — 11 Decembris, Cancellarius attulit actum accepta-

tionis super anticipatione 150 millium florenorum, de quibus 25 Novembris, sed quia imponebatur quod patria ruralis teneretur libera ab hospitatione militum quamdiu militibus in parvis civitatibus daretur substantia, et tantum permittebatur interesse pro anticipantibus ad terminum 6 septimanarum, resolutum fuit ut dicta acta remitteretur et peteretur una quae esset conformis opinioni et conditionibus in Statibus appositis.

Item tres Civitates intulerunt consensum super impostis 1ª Decembris inchoatis.

f° 72. — A° 1660.

9 Januarii, Vicecancellarius ex parte Gubernatoris, etc., proposuit quatenus pro hieme Status vellent continuare pabula pro equis, interim quo adlaboretur pro evacuandis civitatibus a presidiis suis, etc.

10 Januarii, Status satis advertentes istas prolongationes tantum tendere ad ducendos Status, et interim patria plus gravaretur quam ferre posset, resolverunt accedendum Gubernatorem, et indicandum debere peti certum subsidium ; alias procedi non posse — in hunc finem deputarunt Abbatem Vlidderbacensem, Baronem de Grobbendoncq [146]) et Burgimagistrum Bruxellensem [147]).

11 Januarii erat dominica.

12 Januarii, retulerunt Gubernatorem esse contentum ut peteretur per modum subsidii, et ut accederent Comitem Isenburgh et cum eo desuper conferrent. Graffiarius, relictis deputatis, accessit Baronem de Wemmel et cum eo ivit ad Comitem de Isenburgh, et unice in propositione facta 9 Januarii addiderunt nomen subsidii. Status aegre tulerunt Graffiarium excessisse aut non secutum fuisse suam instructionem, et Baronem de Wemmel male se immiscuisse, eo quod ad hoc non fuisset deputatus, et totam propositionem mutari debuisse ; interim quia error commissus erat, ne tempus perderent, pluralitas vocum voluit procedi ulterius.

Et consenserunt loco subsidii pro toto hoc anno summam 600 millium florenorum levandorum via precariarum.

Sequentibus diebus deliberatum fuit de disponendis conditionibus eidem subsidio, et eaedem appositae fuere sicuti in subsidio precedentis anni 12 centum millium florenorum.

[146]) A cette époque la terre de Grobbendonk était érigée en comté pour la famille Schets.

[147]) Chevalier van der Noot, seigneur de Kieseghem.

f° 72vo. — 16 Januarii, collatum fuit officium Commissarii Statuum in lustratione militum, quod D. Dandelen multis annis obierat, ejus filio, et cum dubiraterur an res integra foret ut hoc fieri posset, ex eo quod Status ab annis fere 12 idem officium quasi addixerat D. Tax, ad instantiam D. Parijs, tunc temporis receptoris Statuum Antwerpiae, et donec illud officium obtineret, eidem addixerunt pensionem trecentorum florenorum annue, ne huic videretur facere injuriam, huic pensionem continuarunt, et filio Dandelen officium Commissarii contulerunt.

17 Januarii, resolutum est ut post subsidium ab aula acceptatum, in generali Statuum congregatione determinaretur ad quantam summam quota uniuscujusque emitteretur.

9 Martii, convocati Status per Cancellarium pro audiendis opinionibus Civitatum super subsidio 600 millium florenorum, lecta fuit epistola marchionis de Caracena, qua postulabat pro Camera bipartita 15 millia florenorum, et fuerunt negata.

Item, lectae fuerunt nonnullae requestae.

Item, fratri meo Fiscali, licet sero, etc., communibus suffragiis addicti sunt 500 floreni, instar mercedis seu honorarii, quia a Syndico bruxellensi ad Fiscalatum promotus fuerat, sicuti etiam quondam dederunt D. Consiliario de Thuldel et diversis aliis.

10 Martii, lectae sunt opiniones Civitatum super subsidio 600 millium florenorum, et attulerunt plenum consensum.

Item, pro prima vice intravit Status D. Verreijcken [148]), audientiarius, et Baro de Imdem, cujus frater erat Baro de Borlez.

f° 73. — Item, lectum fuit reglementum a me conceptum pro meliori directione negotiorum Statuum, et exhibitum Statibus per manus Archiepiscopi.

11 Martii, resolutum fuit ut Status convocarentur pro feria quinta post Pascha, ad serio deliberandum pro facienda recuperatione, sive hertellinge.

8 Aprilis, convocati Status per litteras Cancellarii per Vicecancellarium, petitae fuerunt impostae incipiendae la Junii, et fuerunt eadem die accordatae.

9 Aprilis, diversae requestae fuerunt lectae, et ad petitionem

[148]) Charles Verreijcken, audiencier, créé baron d'Isodunt le 24 décembre 1659. THÉÂTRE, o. c., p. 56.

L'audiencier était le secrétaire principal à qui appartenait la rédaction de toute la correspondance intérieure. POULLET, o. c., II, pp. 474, 476.

marchionis Caracena addixerunt iterum Cameram bipartitam 10.000 florenorum, cum ea negassent 9 Martii precedenti.

Item, pro prima vice intravit Status filius D. Consiliarii Daneels, uti baro de Attenrode [149]), et pro tunc erat scultetus Mechliniensis.

10 Aprilis, opinio 8 Aprilis coram Vicecancellario aperta est.

Item, pluralitas vocum voluit adhuc differre die hertellinge ; Lovanienses aberant, Bruxellenses haerebant, et sic in opere tam diu desiderato, cum in hunc finem tamen Status specialiter essent conscripti per Graffiarium, nihil conclusum fuit.

19 Maii, in congregatione Statuum referebatur marchionem de Caracena respondisse pro secunda vice super conditione apposita per duos primos Status in consensu impostarum, scilicet ut forum equorum seu stapel restitueretur Diestemiensibus, se nihil desuper statuere posse, quia res in judicio tractaretur. Verum quia Mechlinienses qui se Diestemiensibus opponebant in Consilio Brabantiae litem amiserant, et novo pretextu Diestemienses in Consilio privato protrahere nitebantur, quae res directe contra privilegia Brabantinorum militare videbatur ; duo primi Status resolverunt insistendum esse conditioni appositae et denuo Marchioni remonstrandum et specialem desuper conferentiam petendam esse.

f° 73vo. — 21 Junii, lectum fuit scriptum quod communicaretur Marchioni, et deputati sunt Abbas Vlidderbacensis et Baro de Goijck.

Item, nonnullis capitaneis et coronellis accordatum fuit ut nummi quos exposuerant in levandis cohortibus iis refunderentur ex duobus futuris subsidiis.

Item, heraldo Lanoy [150]), qui publicaverat pacem, accordatum fuit ad ejus requestam pro honorario 300 floreni.

Item, N. Seriau, Mechliniensi, famulo D. de Berges, prepositi Nivellensis, accordata est naturalisatio brabantina.

[149]) Jean-Baptiste Daneels, cfr note 138.

[150]) Lanoy, héraut d'armes du Brabant, proclama la paix des Pyrénées. Il faut noter ici qu'après la bataille des Dunes remportée par Turenne, la cause de l'Espagne était perdue. — A Bruxelles, le marquis de Caracena, gouverneur à la place de don Juan, rappelé après la bataille des Dunes, s'ingénia à trouver des appuis introuvables. La paix conclue par l'Espagne avec l'Angleterre en octobre 1660, n'a presque rien amélioré, car en avril 1660, Charles II étant remonté sur le trône des Stuarts, a vendu Dunkerque à la France. PIRENNE, o. c., V, pp. 13 sq.

22 Junii, retulerunt quid Marchio responderit, et quod favorabilis visus fuerit, sed nihil adhuc resolverit.

Item, resolutum fuit ut in prima futura Statuum congregatione, iidem per Graffiarium convocarentur pro complendo reglemento deputatorum Statuum et examinanda lite contra abbatem de Niselles, qui pretendebat intrare Congregationem Statuum.

1ª Julii, per Graffiarium convocati viciniores Domini Statuum, comparuerunt Vlidderbacensis, Grimbergensis et Diligemensis mecum et Nobilibus, praeter deputatos, Comes de Rodes et baro de Goijck, et quia ultimum subsidium erat evacuatum, et pabula pro equitibus finiebatur sexta Julii, quaerebatur quid faciendum esset, et per modum advisamenti resolverunt, quia non putabantur sufficienti numero, quod non deberet Gubernatori indicari ut peteret novum subsidium, nec se continuare posse pabula equitum, sed dicendum deliberatoribus, ut post sextam Julii sine novo mandato non deliberarent, interim tum visuri quid aula aut Gubernator acturus sit.

13 Julii, iterum Status congregati prelectum fuit scriptum a Statibus exhibitum Gubernatori, et apostilla eidem scripto apposita, et quia in illa dicebatur quod Gubernator prima die curaret

f° 74. — convenire aliquos ex secreto consilio et aliquos ex Consilio Brabantiae pro interpretando privilegio Diestemiensium, etc. et interim ne imposta suspenderetur, petebat ut opiniones duorum primorum Statuum super impostas communicarentur tertio Statui. Duo primi Status, ex firma fiducia quod Consilium Brabantiae abunde demonstravit Gubernatori equitatem juris Diestemiensium et sententiarum in eorum causa datarum, duo primi Status consenserunt ut opiniones dicta communicarentur tertio Statui.

14 Julii, per Vicecancellarium fuit petitum subsidium 300 millium florenorum pro intertinendo milite in Brabantia hospitante, eo quod precedens 600 millium florenorum esset evacuatum.

Item, lecta fuit epistola Gubernatoris qua instabat pro admissione D. Steenhuijse, tamquam baronis de Poederle ad juramenti praestationem Cancellarii Brabantiae, quae epistola erat scripta 14 Aprilis elapsi, et hanc prius per episcopum Antwerpiensiem adferebatur, ei a D. Steenhuijse tradita Primus Status recusabat admissionem, secundus Status, esto 12 essent numero, stetit, et sic nihil actum fuit.

15 Julii, duo primi Status consenserunt duo centum millia florenorum pro intertentione militum idque via precariarum.

16 Julii, dictus consensus coram Vicecancellario apertus fuit.

Item, agitatum fuit de admissione D. Steenhuijse ad cancellariatum, et primus Status requisitus non fuit, eo quod ille sustineret, illum utpote Mechliniensem non esse admissibilem, sed secundus Status requisitus fuit, qui ex composito videbatur magno numero confluxisse ut pro admissione D. Steenhuijse vota in illo Statu praevalerent, uti et contingit, ut pluralitate votorum secundi Status determinatus est admissibilis, — deinde alta verba inter illos et deputatos Antwerpiensium et Graffiarium exorta fuerunt, silentibus Abbatibus de primo Statu et conventus dissolutus fuit.

17 — diversae fuerunt lectae requestae, et resolutum fuit ut fieret inquisitio super misero statu Walonicae Brabantiae, etc.

Item, quod peteretur visio chartarum relictarum in quodam sacco defuncti D. Edelheer, quondam Pensionarii Antwerpiensis, f° 74v°. — qui putabatur habuisse et abstulisse plures chartas Status concernentes ad Vicecancellariatum, quod primus Status putant eum non esse admissibilem et secundus Status cum Lovaniensibus et Antwerpiensibus putant esse admissibilem.

25 Augusti, ex parte marchionis Gubernatoris venit epistola ad duos primos Status quatenus suas opiniones concernentes admissionem D. Steenhuijse ad Vicecancellariatum communicarent tertio Statui.

Responsum est, scribendum Gubernatori id fieri non posse, ex eo quod duo primi Status non concordarunt, et illos primo concordari debere antequam opiniones suas tertio Statui communicarent, et omnes pro conditione apposuerunt ut stapel equorum maneret Diesthemii [151]) et secretum Consilium cum hac re non se immisceret. Item apertae et lectae fuerunt opiniones Civitatum super impostis, et omnes convenerunt cum duobus primis Statibus, excepto quod ultimum membrum Lovaniensium sive plebei noluerunt facere opinionem, eo quod hospitatione militum nimium gravarentur, et petebant aliqualem exonerationem, et tunc se favorabiliter opinaturos aiebant.

26 Augusti, formatae resolutiones hesternae prelectae sunt.

Item, in primo Statu resolutum fuit, ut questio admissibilitatis

[151]) Il s'agit de la foire à chevaux de Diest, il y avait conflit à ce sujet avec Malines. Le Conseil du Brabant s'occupa de l'affaire. Depuis toujours il y avait à Diest deux grands marchés, celui du jour des Rameaux et celui de la St-Denis, ce dernier datait de 1279. RAYMAEKERS, ord. Praem., *Navorschingen over de plaatsen van Diest*, p. 2.

D. De Poederle in jus tribueretur, et in Consilio Brabantiae desuper requesta presentaretur ; aderant D. Archiepiscopus, Abbates S. Michaelis, Grimbergensis, Diligemensis, Gertrudanus et ego, et Abbas Vlidderbacensis pridie idem voluerat, ut referebat Gertrudanus.

Burgimagister Bruxellensis exigebat copias litterarum Marchionis inscriptas Statibus super negotio de Poederle, et id responsum est praeter duos primos Status id non debere fieri, interim ipsi ostendent hoc factum aliquando fuisse, et in registris hoc ipsum quaesituros.

f° 75. — 28 Septembris, per Cancellarium convocati Status, Vicecancellarius petiit continuationem impostarum pro semestre sequente inchoando la Decembris et per duos primos Status concessae sunt impostae sub ordinariis conditionibus.

Item, lectae fuerunt duae requestae eorum qui desiderabant brabantisari, et eis per eosdem primos Status id concessum fuit cum aliqua limitatione, etc.

14 Octobris, lectae sunt opiniones Civitatum super subsidiis 200 millium florenorum, per duos primos Status 14 Julii consensorum, et tertium et quartum membrum Antwerpiensium noluerunt in eo consentire, sicuti etiam noluit quartum membrum Lovaniensium, porro Magistratus cum nobilibus et decanis van decena consenserunt in dicto subsidio, sed sub conditione quod ex dicto subsidio sibi pro hospitatione militum reservarent 6000 florenos, quod omnibus visum fuit absurdum, quia eorum portio in dicto subsidio non tantum importaret hinc assertum non esse sufficientem consensum pro dicto subsidio.

Item, aliqui ex primo Statu requirebant a Graffiario Ghindertale ut legeret opinionem Civitatis Bruxellensis super admissione D. de Poederle ad Vicecancellariatum, quod facere detrectabat eo quod Status in hoc non mandasset et esset contra debitum ordinem ut opiniones Civitatum in Statibus legerentur antequam duo primi Status conveniunt, etc. — desuper Nobiles petebant ut desuper peteretur opinio Statuum ; pluralitas vocum in 1° Statu ferebat non debere legi nec volebat legi, secundus et tertius Status volebat legi, et cum Graffiarius nollet legi, quia primus Status hoc non volebat, dux Arschotanus et princeps de Bournonville graviter in eum insurgebant, et alii aliqui cum ipsis, sustinentes in tali casu ipsum obedire debere duobus Statibus potius quam uni, et cum facere equidem nollet, graviter verba dicta in illum fuere, et spondebant juridice se contra illum acturos.

Ego autem in illis altercationibus opinionem mediam dederam, et neutri parti adhaerebam quoad principale punctum, sustinebam tamen Graffiarium in his circumstantiis legere debuisse, quod quia omisit, Pensionarius Antwerpiensis opinionem civitatis Bruxellensis legit, etc.

f° 75v°. — Hinc plures difficultates postea motae sunt, et sub nomine primi Status in Consilio Brabantiae contra factum dicti Broeckhoven pensionarii libellus presentatus, quia non intelligebat se posse comprehendi a duobus aliis Statibus sive « vervanghen worden ».

Econtra dux Archotanus et Princeps de Bournonville presentarunt libellum Gubernatoris, accusantes Graffiarii inobedientiam et quod eis perderet respectum, etc.

Exinde de mandato Gubernatoris, Consilium Brabantiae per Fiscalem cepit informationem super facto Graffiarii, etc.

f° 76. — Anno 1661.

20 Januarii fuit congregatio Statuum, et per Thuldenum, uti supplens vices Cancellarii, petitum fuit subsidium 800 millium florenorum.

D. Thulden egresso, illico subintravit D. Steenhuijse, baro de Poederle, cum epistola Gubernatoris quam apparenter ipse firmaverat, qua mandabatur Statibus ut eum admitterent ad juramentum pro officio adjuncti Cancellarii, idque absque ulteriore examine aut deliberatione ; — primus Status requirebat ut se retraheret, desuper deliberaret ; secundus Status noluit ut se retraheret, nec deliberari ulterius deberi aiebat — et quia previderet Steenhuijse futuram oppositionem, attulerat secum formam juramenti et missale — cumque pararet se ad jurandum, omnes Abbates, uti presentantes primum Statum contra protestati sunt de nullitate, et exierunt e congregatione ad parvum cubiculum, quos secuti sunt nonnulli Nobilium et duo Graffiarii.

Solus Archiepiscopus e primo Statu remansit, qui juramentum D. Steenhuijse excepit, et pensionarius Antwerpiensis Broeckhoven notitiam tenuit, registrum nomine secundi Status requirebat, sed primus Status ea negavit. Episcopus Antwerpiensis non interfuit congregationi, sicut nec Abbas S. Michaelis et Parchensis, in S. Bernardo necdum abbas nominatus erat.

Hinc graves contestationes et querelae primi Status apud Gubernatorem factae sunt. Diebus sequentibus duo primi Status consenserunt subsidium 400 millium florenorum — et Abbates pro

conditione apposuerunt ut via justitiae illis aperiretur et concederetur potestas agendi prout ceperant contra D. Steenhuijse, baronem de Poederle, ne admitteretur ad officium

f° 76v°. — Cancellarii et interim nihil attentaretur — e contra Nobiles pro conditione contrarium apposuerunt, et nimirum baro de Poederle ad officium Cancellarii per interim admitteretur ; et quod privilegium secundi Status non debent controverti per primum Statum, etc. — his ego non interfui.

22 Februarii, duo primi Status per litteras Gubernatoris rogati, quatenus duas dictas conditiones contrarias tollerent, et cum subsidio non miscerent, primus Status respondit se conditionem positam ablaturam si Gubernator det actum concedendi viam justitiae, et interim nihil attentandum quod quia justum erat, et via justitiae nemini deneganda esset, et hoc omni hora fieri posset, aiebant se non posse culpari de impedito cursu subsidii.

Nobiles aiebant se paratos esse suam conditionem tollere, si Abbates tollunt suam, et aliqui eorum graviter obmurmurabant contra Abbates, dicentes ex defectu subsidii patriam ruralem militibus gravandum esse, inde immensa mala oritura, etc.

23 Februarii, lecta fuit epistola responsiva ad Gubernatorem, juxta prescripta.

15 Martii, facta congregatione Statuum, lecta fuit epistola responsiva Gubernatoris, in qua declarabat se in casu baronis de Poederle quoad vicecancellariatus se nihil facturum via attentati, sed convenienti modo justitia processum esse, etc. et petebat predictas conditiones tolli, ne subsidium posset habere suum cursum. Primus Status inde accepit satisfactionem et uterque Status juxta premissa consensit, at appositae quaedam conditiones ad subsidium 400 millium florenorum concernentes D. Poederle tollerentur, etc.

f° 77. — 16 Martii, convenerunt in domo archiepiscopi RR. Villariensis, Grimbergensis, Diligemensis et ego ; et Archiepiscopus proposuit ut presentaretur libellus Gubernatori pro habendis commissariis et auxilio ad faciendum regulamentum pro Statibus Brabantiae et eorum deputatis, etc. Libellum ego conceperam et praevie archiepiscopo tradideram.

Item, lectus fuit libellus supplex seniorum monasterii S. Bernardi ad primum Statum, quam ego et conceperam, pro impedienda secunda electione quam meditabantur instituere in dicto monasterio in ordine ad habendum abbatem. Et conclusum ut abbas Villariensis mecum accederet Gubernatorem et hoc ipsum ab ipso Graffiario

non fieret, peteremus, eundem informaremus, et simul commissarios peteremus pro abbatia Tongerloensi, etc.

17 Martii, in meridie accessimus Gubernatorem, et cum Graffiarius Bouton premissa exponeret, se preoccupatum esse satis ostendebat et dicebat, si hactenus factum non fuerit, ut secundo in eadem abbatia informatio sumeretur, jam fuit quia illa quae cepta fuerat tantum erat pro Coadjutore, nunc sumeretur pro Abbate ; cumque replicaretur in hoc non esse distinctionem in jure canonico, persistebat in sua responsione ; quoad commissarios habendos pro Tongerloa reponebat se hoc facturum.

26 Aprilis, congregati Status per Cancellarium, proposita fuerunt impostae pro medio anno.

Item, lecta epistola Gubernatoris, qua petebat succurrere militibus, et in hunc finem anticipare 200 millia florenorum.

Item, lectae duae epistolae quibus petebat succursum pro sumptibus qui necessarii erant in facienda divisione patriae ultra Mosam [152]) ; item et tria millia florenorum in certum belli usum, quem non explicabat ; hac die nihil resolutum.

f° 77v°. — 27 Aprilis, duo primi Status consenserunt in impostas inchoandas 1ª Junii 1661. Item lectae fuerunt opiniones trium Civitatum super impostis inchoatis 1ª Decembris 1660.

Item, D. Sanders [153]) pro honorario suae Brabantiae illustratae dederunt 560 patagones, cum autem obtulisset 40 exemplaria et illa essent pretiosa, quaerebatur utrum illa tenerentur an redderentur, pluralitas votorum habuit ut tenerentur, me renitente, unde et nolui exemplar acceptare.

10 Maii, lectae fuerunt opiniones trium Civitatum super subsidio 400 millium florenorum, per duos primos Status 20 Januarii et 15 Martii accordatorum, ut tertium membrum cujusque Civitatis, sive plebei renuerunt consentire, unde resolutum faciendam novam instantiam ex parte aulae, etc.

19 Julii, convocati Status per Graffiarium, etc., pro concipienda et facienda recomputatione sive hertellinge per Brabantiam, lecta fuit per Graffiarium instructio qualiter illa facienda foret. Resolutum fuit per duos primos Status, primo inter illos concordari

[152]) Il s'agit d'une convention réglant le partage des pays d'outre-Meuse entre le Roi et la Hollande, tout à l'avantage de celle-ci: elle sera publiée le 26 décembre 1661. PIRENNE, o. c., V, p. 17.

[153]) Sanderus, l'auteur de la *Flandria illustrata* et *Chronographia Brabantiae*.

deberi super pede, qualiter amortisata bona prelatorum et feuda nobilium quotisare pretenderent, etc., et ex primo Statu ego deputatus sum, et ex secundo Statu D. baro de Goyck pro facienda inter nos concordia, etc. et sub beneplacito duorum Statuum convenimus:

1° quod bona amortisata prelatorum ante annum 1451 — aut ad minimum annum 1383 — ab eis possessa manerent libera a quotisatione ratione taxae, quam solverant et solvunt Prelati, cum hac conditione quod quando prelati ea colunt, essent totaliter libera, quando vero elocent, coloni tantum solverent medietatem onerum, etc.

2° omnes decimae prelatorum essent liberae tam quoad proprietatem quam bedrijff ab omni taxatione, exceptis iis quae a triginta annis contribuerunt, et illis quae in vim sententiae a paucis annis latae contribuebant 5 ex centum.

f° 78. — 3° silvae prelatorum non amortisatae uti prius, paris essent conditionis cum silvis secularium in ordine ad taxationem sed non taxationem in precariis.

4° feuda antiqua nobilium essent libera sicuti predicta bona amortisate prelatorum, et quando elocarentur tantum solverent mediam partem onerum, etc.

20 Julii, predicta conventio cum nonnullis aliis articulis lecta fuit in congregatione Statuum, et resolutum ut per Graffiarium nitide ponentur, in crastinum Statibus exhibenda, etc.

20 Julii et 21, super dictis punctis altercatum fuit, et

22 Julii, in festo S. Mariae Magdalenae, per duos primos Status conclusa sunt, et resolutum ut concepta instructio de facienda hertellinge emitteretur, etc.

Item lectum fuit regulamentum pro Statibus et eorum deputatis, et resolutum ut deputati in scriptis contra rescriberent, si quae haberent contradicenda, et traderent in manus abbatis Parchensis et baronis de Goyck, quae de iisdem etc. sensum suum Statibus referrent.

Item, quia provisio abbatiarum vacantium nimis diu differebatur, resolutum ut desuper scriberetur ad Regem in Hispania nomine duorum Statuum.

Item, quia nimis multiplicabantur Barones, resolutum fuit ut supplicaretur Regi ne barones creandi possent intrare Status, nisi qui veri nobiles essent, quatuor ad minus quarteria ostenderent, et tria millia florenorum in reditibus etc. haberent in Brabantia.

f° 78vo. — 5 octobris, convocatis Statibus per litteras Cancellarii, fuit propositio facta per Vicecancellarium pro concedendis impostis inchoandis 1 Decembris futuri.

Eodem die D. Locquenghien [154]), saepius burgimagister Bruxellensis, factus baro de Melsbroek, fecit suum juramentum et admissus est ad secundum Statum.

6 Octobris, accordatae sunt impostae incipiendae 1 Decembris.

29 Octobris, per Cancellarium convocati Status, propositum fuit quod milites qui jam dispositi erant ad navigandum in Hispania [155]), ob dissidium ortum inter legatum regum Hispaniae et Franciae in Anglia, omnino inventum fuit necessarium militem in patria retinere donec discordia illa foret composita, et utrique reges recepissent satisfactionem ; et quia Flandria plurimum pro dicto milite contribuerat, et circa Ostendam diutius retinere non possit, navigiis delati heri erant circa Antwerpiam et, quia locatio militum in rurali patria nimium esset damnosa, rogati sunt Status quatenus illis pro aliquot diebus darent sustentationem, etc.

Duo primi Status, accepta informatione quod essent 4500 milites effective, et cum illis 1500 feminae cum pueris, accordarunt illis sustentationem 10 dierum ad ratam 5 stuferorum pro equite, et 4 stuferorum pro pedite per diem, quae in singulis dies ascenderet per patriam ruralem districtus Antwerpiensis, decurtandum super primo subsidio.

Eodem die pro prima vice intravit Status et fecit suum juramentum D. Dongelberge [156]), creatus baro de Corbeke over Dijle, cui baronia annexum fuit castellum ejus apud Steenberge sub Oud Heverle.

30 Novembris, addixerunt dictis militibus 20 dierum sustentationem et cum ruralem patriam ab eorum hospitatione desiderarent eximi, rogatus est Gubernator ut illos locaret in civitatibus, etc.

f° 79. — 7 Novembris convocati Status per Graffiarium ex condicto Statuum in ultima congregatione, ob vitationem factam per hussarium sancti Consilii, qui ad instantiam D. baronis de Poederle, pretensi Cancellarii, aliquos abbates et Barones in vim apostillae Gubernatoris ad comparendum pro 9 hujus apud D. Con-

[154]) Charles de Locquenghien.

[155]) Au lieu d'envoyer des troupes, le roi d'Espagne en demande, et il faut embarquer en 1661 quelques régiments wallons destinés à l'interminable guerre du Portugal. PIRENNE, o. c., V, p. 16.

[156]) Henri de Dongelbergh fut créé baron de Corbeek-Dyle en 1661.

silarium van der Riet [157]), etc., deliberatum fuit quid quoad illam citationem fieret, et an Domini qui stabant pro Poederle vellent citatos protegere et se illis jungere quoad hanc evocationem a judice suo ordinario ad judices delegatos secreti Consilii, etc. — Abbates de primo Statu resolverunt non parendum isti evocationi, nec judicem delegatum agnoscendum ; Nobiles item de secundo Statu pluralitate votorum idem censuerunt, exceptis Duce Arschotano, barone de Limal, barone de Jauche [158]), et barone de Bautersem, qui nolebant dare opinionem suam nisi omnes alii de secundo Statu adessent ; deputati tertii Status dicebant se nihil ea in re resolvere posse, sed se referre debere suis Magistratibus. Itaque ex pluralitate votorum duorum primorum Statuum resolutum ut in crastinum desuper fieret in scriptis remonstrantia ad Gubernatorem.

8 Novembris, remonstrantia breviter comprehendens recusationem judicum delegatorum, exhibenda Gubernatori, lecta fuit, et deputati qui eam demonstrarent Abbas Grimbergensis loco S. Gertrudis et baro de Melsbroeck cum graffiario Bouton.

Simul eis injunctum ut loquerentur Marchioni de dandis commissariis ad providendum abbatiis vacantibus, scilicet S. Michaelis, Heijlissemensis et Tongerloensis.

Eodem die fecerunt suum juramentum, uti Consiliarii Brabantiae, DD. Vercruijs [159]), Leemputte [160]) et Dongelberghe qui jam aliquot annis fuerant in officio.

14 aut 15, iterum fuerunt Status congregati, sed non interfui.

13 Decembris, Status per Vicecancellarium convocati, petita fuit prolongatio intertentionis militum destinatarum pro Hispania, adhuc pro 15 diebus, ut accordati fuerunt 10 dies, et in hunc finem summa 24000 florenorum.

f° 79v°. — Anno 1662.

12 Januarii, lectae fuerunt opiniones trium Civitatum super

[157]) Baudouin van der Piet, chevalier, successivement conseiller au Conseil de Flandre et au Grand Conseil de Malines, chancelier de Gueldre, membre du Conseil privé et d'Etat, décédé en 1672. BUTKENS, o. c., suppl. I, p. 189.

[158]) La baronie de Jauche appartenait à la famille Coutereau.

[159]) Vercruijs (Théodore), conseiller ordinaire le 13 juin 1657. GAILLARD, o. c., III, p. 361.

[160]) Van Leemputte (Paul), conseiller ordinaire le 22 mai 1658. GAILLARD, o. c., III, p. 361.

subsidio 400 millionum florenorum, consensum a duobus primis Statibus 22 vel 23 Januarii precedentis anni.

13 Januarii, ceptum fuit de regulamento concinnando pro Statibus ultimate agi, et lectae fuerunt opiniones deputatorum super articulis ipsis quondam exhibitis, etc.

Item lectus fuit libellus supplex nonnullorum de patria Ultramosana, qui aegre ferebant se avelli a Rege suo et tradi Hollandis.

Desuper resolutum fuit ut Status desuper magis informaretur et audiretur D. Clops, qui de re informatus esset.

Hoc die adfui ego Gubernatori et commendavi expeditionem commissariorum pro colligendis votis religiosorum abbatiarum vacantium.

14 Januarii, tota sessione occupati fuerunt in concinnando regulamento pro Statibus et eorum deputatis ; et inter cetera pro stipendio deputatorum statuta sunt 12 floreni per diem, toto anno durante, illo computato ad 365 dies, sicque habebunt annue...

Item, concessa sunt eis parva honoraria consueta, scilicet 6 floreni pro manicis, 12 floreni pro ritus, et 64 floreni per annum pro nummis computatoriis, item relictum fuit non plene resolutum quod annue, si qui haberent reditus, possent in solutionem eorumdem, ultra annualem solutionem, recipere 400 florenos, alli 800 floreni quos solebant trahere per modum secreti donarii a Rege, rejecti sunt.

Ex primo Statu deputatus est abbas Parchensis, et ex secundo Statu D. Taye, baro de Goijck, qui annue

f° 80. — visitarent computus deputatorum, et eorum clausuras et stipendia quae deputati in anno receperunt, referrent Statibus, et inspicerent utrum regulamentum a deputatis, et Graffiariis et thesaurariis cum receptoribus bene observetur.

14 Februarii, facta congregatione Statuum, lecta fuit acta acceptationis super subsidio 400 millium florenorum, quae non placuit Civitatibus, quia conditionibus ab illis positis non fiebat satis.

Item, lectae fuerunt opiniones Civitatum super impostis in Octobri elapso propositis.

Item, lecta fuit patens epistola, qua D. Rielbek, lovaniensis, creabatur baro de Holsbeke [161]).

15 Februarii, lectum et approbatum fuit regulamentum Statuum Brabantiae tam in generali, quam pro deputatis eorum, Graffiariis,

[161]) Frédéric de Dilbeke, seigneur d'Attenhove, baron de Holsbeek.

receptoribus, etc. in concipiendo et formando, abbas Parchensis et baro de Goyck deputati fuerunt. Et ego, una cum barone de Goijck iterato deputati sumus pro una vice ad revidendos computus deputatorum, et examinandum an cuncta juxta regulamentum expleta fuerint, de quo Statibus relationem faciant cum statu computuum, et desuper commissio in scripta per baronem de Goijck formata lecta fuit et approbata fuit cum ordinatione et registratione.

Item, iterum per Nobiles motum fuit quod 27 Junii a° 1657, adhuc semel moverunt ob adventum novi archiepiscopi : an ex occasione novi regulamenti non expediret majores illos duas sedes, quas, in absentia Cancellarii, episcopi occupabant, auferrentur ; in primo Statu erant Vlidderbacensis, Grimbergensis et Gertrudanus una mecum, opiniones eorum non fuere conformes ; ego expresse dixi episcopos primum debere audiri et post tergum non debere sumi resolutionem qua ex sua possessione dejicerentur, mecum sensit burgimagister Bruxellensis ; Nobiles autem omnes qui erant sat magno numero, cum deputatis Antwerpiensium et Lovaniensium resolverunt utramque sedem amovendam et unam novam faciendam pro Cancellario, in cujus absentia sedes inverteretur, et hoc indicandum solum esse episcopis.

Item, lectus fuit libellus fratrum Carmelitarum Calceatorum quo petebant honorarium a Statibus pro complendo suo edificio chori et claustri, et accordati sunt illis his mille floreni, idque in solutionem arreragiorum redituum quos habebant super Status.

f° 80v°. — Item, D. Bouton, secundo graffiario, ob personae merita, concessum est salarium aequale illi quod habebat D. Gindertalen — sed Civitates hoc postea difficultarunt.

8 Martii, facta convocatione Statuum per DD. deputatos quia indicatum fuit episcopis quod 15 Februarii resolutum fuerat, et episcopi epistolam scripsissent ad Status, et simul etiam Gubernator pro possessione eorumdem in majoribus sedibus in capite mensae, uti hactenus soliti fuerant, gravis altercatio exstitit an sedes ipsis reponenda essent necne, quia una jam sublata erant, et altera inversa ne ullus praeterquam missus a Rege insideret. Omnes abbates qui aderant, scilicet : Vlidderbacensis, Grimbergensis, Dilegemensis et Gertrudanus mecum judicarunt sedes reponendas, et non esse via facti depossidendos episcopos. — Status Nobilium divisus fuit et tandem eis reponendas sedes consenserunt, si omnes Status simul in petitorio contra episcopos vellent procedere pro amotione ma-

jorum sedilium, tertius Status, scilicet Bruxellensis et Antwerpiensis judicarunt reponendas sedes, etc.

Deinde, comparente Vicecancellario Tuldel, lecta fuit acta acceptationis super subsidio 400 millium florenorum.

Denique in fine, DD. deputati duorum primorum Statuum per graffiarium Bouton curarunt legi actam prestationis quam conceperant contra deputationem 15 Februarii factam, qua ego cum barone de Goijck deputati eramus pro revidendis computubus eorum, etc. — in qua declararunt se non intelligere illam deputationem legitime esse factam, et esset species inquisitionis contra privilegia et antiquas consuetudines, proinde se non intendere illi deputationi deferre, etc., prout in dicta acta.

f° 81. — Illius actae ego petii copiam et etiam extractum ex registro diei 15 Februarii preteriti, et sequenti die accepi.

9 Martii, repetita lectione actae acceptationis super subsidio 400 millium florenorum, rogatum quod precariae admitterentur pro solutione ejusdum, in hunc finem exhibitus fuit status debitorum, qui ascendebat ad 575 millia florenorum, et ideo nonnulli pretendebant ut emitterentur duae precariae cum media.

Primus Status tantum voluit emitti duas precarias, secundus Status non erat conformis in emissione precariarum cum media : unde res irresoluta mansit.

10 Martii, iterum altercatum fuit super emissionem subsidii 400 millium florenorum, et tandem, me renitente, pluralitas votorum habuit ut emitterent duas integras precarias cum media.

Item, archiepiscopus hodie etiam comparuit, et sedilia majora, de quibus 8 Martii et 15 Februarii, restituta fuerunt juxta pristinum.

27 Martii, fuerunt Status congregati per Vicecancellarium, et petita fuit continuatio impostarum quae...

Item, petitum fuit subsidium 600 millium florenorum ; pro hac vice non interfui.

19 Aprilis, iterum convenerunt Status conscripti per Graffiarium ut resumerent quod reliquerant 27 Martii elapsi.

Et primo lectae fuerunt aliquae epistolae Gubernatoris quibus petebat nonnullis assignationibus satisfieri.

Deinde deliberari ceptum est super petito subsidio 600 millium florenorum ; antequam opinari vellem, petii quid in nupera congregatione actum fuisset ; respondit Graffiarius impostas esse accordatas, salvo quod nollent evulgare consensum donec Gubernator satisfecisset abbatiis vacantibus de commissariis pro acceptandis suffragiis

religiosorum, quia nuper commissi non videbantur idonei, quia pro Tongerloa deputatus erat abbas Grimbergensis cum D. vander Riet, consiliarius secreti

f° 81v°. — Consilii, qui non erat Brabantinus, et pro Heijlissem, abbas Diligemensis cum D. Dorigon [162]), praetori Tenensi, et pro S. Michaele, ego cum D. Proost, consiliario Brabantiae ; addebat Graffiarius Gubernatorem addixisse se Statibus responsurum post Pascha, et se responsionem sollicitasse, sed hucusque non recepisse.

Respondi ego igitur si Status nuper in subsidiis consentire noluerint, quia non habebant satisfactionem, nec nos modo de subsidiis loqui debere donec haberemus a Gubernatore responsum quod omnes judicarunt expedire, unde nihil resolutum fuit super subsidio sed exspectandum responsum. Hoc die, post meridiem, secundus Status Nobilium seorsim congregatus fuit, et ut intellexi a barone de Goijck, resolverunt pluralitate votorum ut commissio data baroni de Goijck 14 Januarii et 15 Februarii sortiretur effectum, non obstante declaratione DD. deputatorum facta 8 Martii in contrarium. — Risi, et fuerunt in petitorio procedere contra majora sedilia quae episcopi in Statibus occupabant.

20 Aprilis, quia necdum littera sui responsi Gubernatoris expedita erat super dandis convenientibus commissariis vacantibus abbatiis, ne impostae postmodum forte contingerent interpolare, et ne petitio illarum jungeretur cum petitione subsidii, resolutum fuit ut opiniones duorum primorum Statuum desuper captae evulgarentur,

et non procederetur ad opiniones super petita subsidia, donec de dictis commissariis debite conclusum esset.

21 Aprilis, necdum litterae responsivae Gubernatoris habere potuerunt super habendis convenientibus commissariis, etc.

Item, apertae fuerunt opiniones primorum Statuum coram Vicecancellario super impostis.

Item, quia deputati duorum primorum Statuum valde difficulter admittere intendebant regulamentum eis datum, propositum fuit utrum illud communicari non deberet Civitatibus Deputati asserebant id fieri debere, sed pluralitas votorum sustinuit eis tantum communicari debere quae illis concernebant et non aliis.

f° 82. — Item ego petii a primo Statu, cui intererant Archiepiscopus Mechliniensis, abbates Vlidderbacensis, Grimbergensis, Aver-

[162]) Paul François d'Origon, seigneur de Neervelp, nommé chef-maieur de Tirlemont le 30 avril 1645.

hodiensis, Dilegemensis et S. Gertrudis utrum vellet deferre declarationi seu protestationi deputatorum, facta nuper 8 Martii contra commissionem quae mihi 15 Februarii et 15 Januarii data fuerat, an vero illa non obtenta, deberem commissionem meam exsequi Archiepiscopus aiebat hoc debere resolvi in plenis Statibus ; Vlidderbacensis et S. Gertrudis, ordinarii deputati, egerrime ferentes meam commissionem, valde contra eam obmurmurabant ; porro Grimbergensis, Averbodiensis et Diligemensis sustinebant me illam exequi debere.

22 Aprilis, Graffiarius retulit nomina deputatorum Civitatis quod cum eis negaretur integra copia regulamenti, quod ex nunc illam ex toto improbarent et rejicerent, et quod in posterum vellent, publice elocari impostas abbatiarum — quod nobis videbatur sapere speciem vindictae.

Item lecta fuit epistola responsiva Gubernatoris super datis commissariis pro colligendis suffragiis in abbatiis vacantibus, cui adjunxerat magnam deductionem qua justificare putabat dictas commissiones, et non esse adstringendas ad Cancellarium vel Consiliarios consilii Brabantiae.

Status resolverunt dictam responsionem cum adjuncta deductione communicandam esse consilio Brabantiae pro habendo adviso quod desuper putarent replicandum esse, eo quod responsio ad ipsum quoque Consilium dirigeretur, eo quod et supplicam Gubernatoris quoque exhibuisset super datis commissariis ; et habito advisamento Consilii, esse faciendam remonstrationem Gubernatori cum conclusione ut dignaretur exequi resolutionem Suae Majestatis desuper datam, et interim cum primo cursore in eumdem finem etiam esse scribendum ad Regem in Hispaniam ; et licet commissio mihi data cum D. Proost, consiliario Brabantiae videretur admissibilis, equidem illam non expedire mandari executioni quoadusque iteratum a Gubernatore datum fuisset responsum, quod dum paratum putaretur Status iterato convocarentur.

f° 82v°. — Circa vesperam me convenit frater meus D. Fiscalis et mihi prelegit litteras quas acceperat a Gubernatore ad se informandum super sedilibus majoribus quas occupabant episcopi in sessione Statuum, et simul super regulamento a duobus primis Statibus confecto, contra quidem deputati eorum videbantur calcitrare, et dedi ipsi extracta quae habebam ex registro de 14 Januarii et 15 Februarii preteriti, et simul declarationem deputatorum de 8 Martii quam fecerant super regulamentum.

29 Aprilis, deputati duorum Statuum sub signatura graffiarii Bouton responderunt in scriptis D. Fiscali, se gratanter excepisse regulamentum a duobus primis Statibus eis datum, sed salvo suo honore, se non posse consentire in pretensam commissionem quam haberent abbas Parchensis et baro de Goijck, prout latius in eorum scripto quod D. Fiscalis mihi communicavit.

16 Maji, facta convocatione Statuum per Graffiarium, retulit D. Bouton Gubernatorem noluisse audire replicam Statuum super commissione data D. vander Riet et D. Dorigon, etc. pro colligendis suffragiis in abbatiis vacantibus, et dixisse Graffiarium tantum secum nugari, quod usque ad tertiam vicem repetiisset, et se non velle quidquam in datis commissionibus immutare, et addidisse, quasi alii gubernatores ante ipsum fuissent nimis fortes in resistendis querimoniis Statuum, quod ipse nollet cedere.

Deinde deliberatum fuit quid agendum foret, pluralitas vocum tulit ut procederetur ad deliberationem propositi subsidii 27 aut 28 Martii de 600 millibus florenis, et pro conditione poneretur ut in facto commissariorum pro abbatiis vacantibus Gubernator exsequeretur ordinationem Suae Majestatis.

Denique pluralitas vocum primi Status consensit 400 millia florenorum, et secundi Status 500 millia florenorum, eo quod 200 milliae florenorum ex hoc subsidio jam fuissent anticipata in milite alendo misso in Hispaniam, ut opiniones concordarent consenserunt in 450 millia florenorum.

Item lecta fuit epistola Gubernatoris, qua mandabat

f° 83. — Statibus ut pars quae sustinebat Consiliarium Steenhuyse, uti baronem de Poederle, non esse capacem pro officio Cancellarii, eo quod non esset Brabantinus, rationes suas colligeret, in Hispaniam mittendas ad Regem, qui decisionem illam sibi reservasset, sed super hac epistola nil pro responso hac vice resolutum fuit.

17 Maii, deliberatum qua via aut pede dictum subsidium inveniri posset ; sed nihil conclusum fuit.

18 — erat festum Ascensionis Christi.

19 Maii, auditis advisamentis Civitatum, deliberatum iterum fuit quibus mediis dictum subsidium inveniretur ; et post aliquem dissensum resolutum fuit ut pars inveniretur per creationem redituum super sigillo parvo imponendo chartis processuum in Curia Brabantiae ventilandorum...

20 Maii, iterum deliberatum fuit super mediis diversis quibus subsidium levari posset.

21 Maii, fuit dedicatio Bruxellensis.

23 et 24 Maii, iterum fuit deliberatum super mediis solvendi dictum subsidium 450 millium florenorum, et terminatum fuit ut levaretur per creationem redituum super imponendo jure in parvo sigillo per totam Brabantiam, uti factum fuerat anno 1648 ; item super successione laterali, non comprehensa fraternali, per impositionem nummi 40^{mi}, item super imponendo onere civibus qui vellent gestare vestes sericas, ut annue deberent solvere 12 florenos, et similiter qui ex civibus vellent tenere redas cum uno vel duobus equis ; item imponeretur mulcta ad minus 30 florenorum iis qui temere litem susciperent, etc.

25 Maii, dicta resolutio lecta et aperta fuit coram Vicecancellario et opinioni insertum fuit sub talibus mediis subsidium accordari, quia in patria rurali via precariarum nihil amplius possit haberi propter nimiam ruralium paupertatem et exhaustionem, et inter alias conditiones etiam positum fuit quod Gubernator, interim quo nimis longum fuit examinare quales Commissarios, juxta privilegia patriae Sua Majestas deputare posset pro recipiendis suffragiis in abbatiis vacantibus S. Michaelis, Tongerloo et Heijlissem,

f° 83vo. — interim sine praejudicio Gubernator committeret unum ex Consilio Brabantiae jungundum abbati, etc. ; juxta litteras Suae Majestatis de 1 Septembris et Decembris precedentis anni.

22 Junii, lecta fuit acta acceptationis super dicto subsidio et nonnulla desuper ventilata fuere sed non resoluta, et in acta rejiciebatur ultimum, scilicet de milite imponendo temere litigantibus, tanquam spectans privative ad Regem illa impositio.

23 Junii, examinata dicta acta acceptationis, et quia duae conditiones, inter quas una erat ut abbatiis vacantibus provideretur de debitis commissariis ex Concilio Brabantiae pro capienda informatione pro futuris abbatibus, non erant impletae, et tantum dabatur spes implendi et quid desuper denuo scripsissent Hispaniam ; questio fuit utrum dicta acta submitterentur Civitatibus, an persistendum apud aulam pro impletione dictarum conditionum ; omnes concordabant persisti debere in dictis conditionibus, sed una pars pretendebat, esto nondum impletae essent, equidem opiniones et dictum actum acceptationis mittendum esse Civitatibus, persistere duos primos Status in suis conditionibus appositis — unde pro illo die nihil conclusum.

Item civitas Antwerpiensis petiit adjunctionem Statuum pro supplicatione libera navigatione per Gandavum etc. dicta die et Status se jungi permiserunt.

24 Junii, in festo S. Joannis Baptistae, post longam altercationem denique conclusum ut Graffiarius nomine duorum Statuum diceret Gubernatori quod in acta acceptationis non accepissent debitam satisfactionem super impletione conditionum addictarum in consensu. et quod in iisdem persisterent, tamen ne viderentur postergare servitium Suae Majestatis, quod sinent opiniones suas communicare Civitatibus.

Item, resolutum fuit quod levarentur 100 millia florenorum per anticipationem super credito thesaurarii et illi pro debita assecuratione assignarentur impostae.

f° 84. — 11 Augusti, Status per litteras Vicecancellarii convocati, lectae fuerunt opiniones Civitatum super impostis quae inchoari debebant ultima Junii elapsa et attulerunt plenum consensum.

Item, lectus fuit libellus supplex conventus S. Michaelis, utrum non possent inducere datos sibi commissarios, ut cum beneplacito Statuum possent procedere ad colligenda vota fratrum pro obtinendo abbate, et post nonnullas differentias motas consenserunt.

In Septembri fuit habita congregatio Statuum, cui non interfui.

4 Octobris, conscripti Status per Vicecancellarium, proposita fuit petitio ex parte Gubernatoris pro continuatione impostarum quae inchoandae erant 1ª Decembris futura, et accordarunt duo primi Status 1ª portee.

Item, postquam Nobiles de secundo Statu et deputati magistratuum de tertio Status discussissent, actum fuit de continuatione vel mutatione deputationis R. D. Abbatis S. Gertrudis, quem anno 1659 in Septembri primus Status continuerat pro tribus tantum annis, qui jam in Septembri expiraverant, et per Graffiarium ex ordinatione primi Status penultimae congregationis, domini de primo Statu per litteras speciales conscripti seu convocati fuerunt.

1° R. D. S. Gertrudis jussus exire ad parvum cubiculum, et in absentia illius resolutum per archiepiscopum Mechliniensem abbatem Vlidderbacensem, Villariensem, Grimbergensem, Parchensem, Averbodiensem et Diligemensem et per Graffiarium peteretur a D. abbate S. Gertrudis utrum vellet acquiescere resolutioni ceptae per primum Statum a triennio, quo intrante et respondente se nolle acquiescere, et a triennio contra dictam resolutionem protestatum fuisse,

2° dicto D. Abbate jusso se retrahere ad parvum cubiculum, in absentia illius, post aliquam conferentiam, resolutum fuit pro evitanda lite, pro medio pacificationis, quod in eventum quo R. D. S. Gertrudis ex nunc pro et ex tunc vellet renuntiare omni pretenso suo juri de deputatione sua quasi in vitam duratura, ipsum ad triennium continuarent, quam resolutionem dicto ab-

f° 84v°. — bati indicavit D. Graffiarius, et reversus abbas acceptavit et ad triennium continuatus est.

Item, ad requestam Heijlissemensium, resolutum est quod possint procedere ad electionem novi abbatis per commissarios quondam assignatos, scilicet abbatem Diligemensem et maierum supremum Thenensem. Ad requestam vero Tongerloensium dictum quatenus Graffiarius adiret Gubernatorem, rogaturus ut, loco D. Vander Riet, vellet alium designare, presertim cum Status ab una parte condescendissent in dictum maierum pro Heijlissemensibus.

5 Septembris, Status dederunt commissionem prosequendi revisionem sententiae latae in Consilio Brabantiae contra D. de Limelette, pro procuratore generali qui nobilem homicidam in Limelette, spreto tribunali loci, curaverat actionari in Consilio Brabantiae.

Item, fuit resolutum ut loco 17 millium florenorum quae cum minis represalium pretentebant Hollandi pro pago de Buijdel [163]) quem Condeani milites a triennio spoliaverant, Status solverent medietatem.

(*A suivre*).

[163]) Excès commis au village hollandais de Budel par les troupes de Condé.